ἔπαινος γὰρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε. ἀν̓ ἴω του φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα οἴχονται ὑμῖν ἐκποδὼν ἀποπέμψαι αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι βαγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις, καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιπεῖν. ἃ δὴ ῥηθήσεται τὸ σῶμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγξεται. ἡμεῖς δ̓ ἔμπαλιν, ὅσον γὸ δὴ λειπόμεθα ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτήσομεν. ἐγ̓ οὖν ὧν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν. τοὺς μὲν παλαιοὺς φίλους, ἀρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας ἢ ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι κατειθμεῖν ἔχομεν. ἐπεὶ κατά γε τοῦτο, πλεονεκτοῖτε ἄν, πολλοὺς, καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τὸν Ἀχιλλέως, καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὸν Θησέως, καὶ Πειρίθου, καὶ τ̓ ἄλλην ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι, καὶ μέλεσι ῥαψῳδοῦντας. ὀλίγοις δὲ τινας προσκεισόμεθοι τ̓ καθ̓ ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησόμενοι. ἐγὼ μὲν, τὰ σκυθικά. σὺ δ̓, τὰ ἑλληνικά. καὶ ὁπότερος ἂν

laude pro amicis præstare audetis. Quin si egeat amicus re aliqua protinus vt insomnia, procul auolantes euanescunt multæ illæ tragœdiæ, vósque similes relinquunt inanibus istis, ac mutis personis, quæ diducto rictu, atque immane hiantes, ne minimum quidem loquuntur. At nos è diuerso, quo sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in ea præstanda præcedimus. Itaque si videtur, nunc ita faciamus: priscos illos amicos silentio prætereamus, siquos vel nos, vel vos, ex his qui olim fuerunt, recensere valemus, postquam ista quidem parte superaueritis, compluribus, ac grauibus adductis testibus, nempe poëtis qui Achillis, & Patrocli amicitiam, tum Thesei, Pirithoique, neque non aliorum necessitudinem, pulcherrimis versibus, carminibúsque cecinerunt. Quin paucos quosdam in medium afferamus ex his qui nostra memoria fuerunt, eorúmque res gestas exponamus: ego quidem Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his vter superarit, meliorélque

ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους

πτερόμενον τὸν φίλον, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσῃ, καὶ τῇ αὐτῇ ἀρετῇ κρείττων, καὶ κάλλιστον ἀγῶνα, καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἂν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττᾶσθαι, ἀποτμηθῶσι τὴν δεξιάν, ὅσῳ ἡ σκυθικὴ σπιτιμοῦ ὄζει, ἢ χείρων ἄλλου κρίνειν φιλίαν κεκεῖσθαι. καὶ ταῦτα, Ἕλλωνος, σκύθης αὐτὸς ὤν. Μνη. ἔστι μὲν ὦ Τόξαρι οὐ φαῦλον τὸ ἔργον αὐδρεῖόν σοι, πολεμίῳ μονομαχῆσαι, παῦ ἐυσόχοις, καὶ τεθηγμένοις παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους. οὐμὲν ἀλλ' οὐδ' οὕτω κατατρέχουσ ἐν βεβαιοῖ τὸ ἑλληνικὸν ἅπαν, ὑποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη παράδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττῆσθαι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαί, ὡς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα ἀνεβαγόδησας. Ἕλλωνας δ' πάντας, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρημίαν ὑπὸ σῶ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο γνοίη τις, ἡ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν. πότερον δ' οἰόμενοι χρὴ τὸ ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πρόξεων, ἢ ὁπόσῳ ἂν τις πλείους

amicos produxerit, is & victor esto, & suam ipsius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum atque honestissimum certamẽ decertarit: adeò vt ego quidem malim mihi deuicto in singulari certamine, dextram amputari (quæ apud Scythas victo est pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præsertim Græco, ipse Scytha cùm sim. *Mne.* Equidem haud mediocris est negotij, cum viro, vt tu es, bellatore, singulari certamine congredi, singularis solertiæ & acuminis orationibus instructo. Haud tamen vsque adeò ignauiter, tam citò vniuersam deserens Græciam, tibi cessero. Etenim hoc esset grauissimum, vt à duobus illis tot Scythæ victi fuissent, quot fabulæ declarant, & vetustæ picturæ vestræ, quas paulò antè scitè admodum repræsentasti: Græci verò, tot gentes, tot ciuitates, nullo defendente abs te vincerentur. Nam istud si fiat, non vestro more dextram, sed linguam execari conueniat. Vtrum verò nobis definiendus est numerus rerum ab amicis actarum, an quanto quis plures

ἢ ὁπόσῳ ἂν τις πλείους

ἔχη λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τὴν νίκην; Το. οὐδαμῶς. δοκῶ γὰρ μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους. καὶ εἰ τιμωρᾶται φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν. ἴσα τ' ἀριθμὸν οὖσα, καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονται μοι τὰ βαύματα, καὶ δᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πλη- B γάς. Μνη. εὖ λέγεις. καὶ ὡς ἐνδώσουσιν ὁπόσαι ἱκαναί. Το. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἱκανάτερῳ. Μνη. καμοὶ δοκεῖ. πρότερος δ' λέγε. ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάτειν τὰ τοιαῦτα, ὦ παῦ χαλεπόν. καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δ' ὁμόσειας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. Το. ὀμοῦμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. Μνη. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ φίλιος; Το. καὶ μάλα. ἐγὼ δ' τ' ὀμόσαι ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ. Μνη. ἴσθι τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος, ἢ μὴν ὁπόσα ἂν λέγω πρὸς σε, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρὰ ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τ' ἐμὲ δι' ἀνεξεβείας ἐπιστασθαι ὀμόσαι ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ὑπεραγωδῶν. καὶ πρότερόν σοι τὸν Ἀγαθοκλέους, καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι,

dicendas habuerit, tanto ad victoriam consequendam locupletior videbitur. *Tox.* Nequaquam. Imò nō multitudine vis harū definiatur, A sed præstantia, vt si tuæ meis acutiores appareant, quanuis numero sint pares, magis lethalia vulnera mihi infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo. *Mne.* Probè loqueris. Statuamus ergo quot erunt satis. *Tox.* Quinque vtrique fore satis mihi videntur. *Mne.* Itidem mihi videtur. At prior dicito: verùm iuratus te vera dicturum: alioqui fingere C eiusmodi, non admodum fuerit difficile: nec palàm refelli queant. Porrò si iuraris, nefas sit non habere fidem. *Tox.* Iurabimus, siquid etiam iureiurando opus esse censes. *Mne.* At quis D tibi è Dijs nostratibus? num idoneus Iupiter Philius? *Tox.* Maximè. Ego quoque nostratem meapte in lingua iurabo. *Mne.* Testis igitur, esto Iupiter Philius, quæcūque tibi sum dicturus, vel quæ viderim ipse, vel quæ ab alijs quoad fieri potuit, diligentissimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipso exaggerantē. Ac primo quidem loco, Agathoclis & Diniæ amicitiam tibi referam,

ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ιωσι γεγονέναι. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος, οὐ πρὸ πολλοῦ ἐτελεύτησε, ἄριστος μὲν ἐς φιλίαν ὡς ἔδειξε, τἆλλα δ', οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε ἐς τὸ γλίσχρον, οὔτε ἐς τἆλλα πλεονεξίαν. Δεινίᾳ δὲ τῷ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν. ὁ δὲ Δεινίας, ἐπλούτει αἶψα εἰς ὑπερβολήν. καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὑτὸν, ἑταίρους μὲν συμπεῖν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, φιλίας δὲ, πλείσου ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις, καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐνετάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διαιτῇ. καὶ ὁ Δεινίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων. τελευταῖον δὲ, καὶ προσέκρουε, τὰ πολλὰ σκώπτων. καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑπομιμνήσκων καὶ τῶν προγόνων, καὶ φυλάττειν παρήγγελλον, ἃ μὴ πολλῶν κτημάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν. ὥστε διὰ ταῦτα, οὐδὲ ἐπὶ τοὺς κώμους ἐπῆγον ἔτι αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, καὶ ἐμέθυσκεν περιεχόμενος

quæ celebris est apud Ionas. Nam Samius hic Agathocles, non ita pridem vixit, vir in amicitia præstantissimus, vt re declarauit. Cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præstãtior, neque genere, neque opibus alijs. Huic cum Dinia Ephesio, Lysionis filio, amicitia à puero interceſſerat. Porrò Dinias supra modum ditatus est, vtq; solent ij qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum habebat, idoneos illos ad comportationem, & ad voluptariam consuetudinem: ab amicitia verò longè alieniſſimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, cúmque illis versabatur, & compotabat, non admodum approbans eam cõuiuendi rationem. Ac Dinias hunc nihilo maiori in pretio habebat quàm adulatores. Tandem etiam offendere cœpit, crebriùs obiurgans: moleſtúsque videbatur, quippe qui maiores ipsi cõmemoraret, præcipéréeq; vt seruaret, quæ multo labore parta, pater illi reliquiſſet: adeò vt ob hæc ne ad comeſſationes quidem deinceps adhiberetur, sed solꝰ cũ illis comeſſaretur, celare cupiens Agathoclem. Demũ ab τὸν Ἀγαθοκλέα. καὶ δή ποτ' ἐκὰ

τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἄθλιος ἀναπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτῆς Χαρίκλεια Δημώνακτος γυνή, αὐδηρὸς ὀπφανῆς, καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά. καὶ γράμματά τε εἰσφοίτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἠμμαράντινοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδυμένα. καὶ ἄλλα, ἐπόσα αἱ μαστροποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται, κατὰ μικρὸν αὐτοῖς ὀπιτεχνώμενοι τὸν ἔρωτας, καὶ ἀναφλέγουσι τὸ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας. ἐπαγωγότατον δὲ τοῦτό γε καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄγχις αὖ λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἦν Χαρίκλεια ἡ, ὦ ἄριστον μὲ γύναιον, ἑταιρικὸν ἦθος ὀκτόπους, καὶ τὸ πρόσχυτος ἀεὶ, καὶ εἰ παίγνιον ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις. καὶ εἰ πρόσιδοί τις μόνον, ἐυθὺς ἐπήνευε. καὶ δέος ἦδη ἦν, μή ποι αὐτείποι Χαρίκλεια. δεινὴ ἦ καὶ τἆλλα τεχνίτις, παρ' ὦ τινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ὀπαδάσαι ἐρασήν. καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ἐκκαυτικῶς, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ὀπτεῖναι, καὶ προσκλῶσαι ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ. καὶ μὴ μικρὸν, ἀλλ' ὁλκαίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον ἀποκλίναι δοκεῖν.

assentatoribus illi misero persuasum est, quòd amaretur à Chariclea Demonactis vxore, viri illustris atque inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum ventitabant, & serta semimarcida, & admorsa poma: denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adolescentes, quò paulatim illis amorem artibus quibusdam inserant, primúmque hac incendant opinione, quòd sese credant amari. Nam & hoc plurimum illicit, præsertim eos qui sibi formosi videntur, donec imprudentes in casses inciderint. Erat autem Chariclea vrbana mulier, mirum in modum meretricia: & quiuis obuius, etiamsi vel minimum concupiuisset, & si duntaxat aspexisset, protinus annuebat, nec erat metuendum, ne recusaret Chariclea: potens alioqui artifex: & quauis meretrice doctior amatorem allicere, & ambiguus cùm adhuc esset, totum subigere: ac quum iam teneretur, incitare, & accendere, nunc ira, nunc blandimentis, mox fastidio, & quod ad alterum inclinare videretur:

ἡ ὅλη συγκεκρότητο ἅπαντα χόσην ἡ γυνὴ, ἡ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κῆ τ ἐρασῶν. τοιοῦτον οὖν τότε οἱ Δεινίε κόλακες παραλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκκωμῳδοῦν, συνωδοῦντες αὐτὸν εἰς τ ἔρωτα τ Χαρικλείας. ἦδὲ, πολλοὺς ἤδη νέους ἐκβαχλίσασα, καὶ μυρίους ἐρῶντας ὑπονοήσασα μόνη, ἡ οἴκοις πολυτελέσι αὐτοῖς ἀναπέπασα, ποικίλον τι, ἡ πολυγόμφιον κακὸν, παραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἀπλοϊκὸν, καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, ὃν αὐτὴκεν ἐκ τῶν ὀνύχων. ἀλλὰ περιέχουσα παντοχόθεν, ἡ διαπεισασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκρέπτει, ἀυτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τ ἄγχους, καὶ τῷ κωμῳδουμένῳ Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲ γὰ πρῶτον ἐυθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γράμματα. καὶ συνεχῶς πεμπομένη τ ἄβρειαν, ὡς ἐδάκρυσε, ἡ ἐπηγέτησε. ἡ τέλος, ὡς ἀπάγξ ἑαυτὴν ἡ αθλία ὑπὸ τ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, ἡ ταῖς Εφεσίων γυναιξὶ περιπάτητος. καί που συνελήφθη πολλὰ ἱκετευθείς.

& tota erat vndique comparata mulier, artibúsque omnigenis in amantes instructa. Tunc igitur Diniæ adulatores hanc ad adolescentulum adducunt, multáque assimulabant, quò eum in amorem Charicleæ impellerent. Hæc autem quæ iam complures adolescentes iugularat, & innumerabiles amores mentita fuerat, domósque opulentas euerterat: varium quoddam & inexpugnabile malum: vbi manibus prehendit simplicem hunc adolescentulum, & huiusmodi artium imperitum, ex vnguibus nón dimisit. Verùm vbi vndiq; complexa fuisset & confixisset ipsum, cùm iam omnino teneret, tum ipsa à captura est perdita, tum infœlici Diniæ sexcentorum malorum fuit causa. Nam primùm quidem statim literulas illas ad eum dat, ancillam subinde missitando quibus renuntiaret, vt fleret, vt vigilaret, vtque tandem misera se ipsam præ amore esset strangulatura: donec iam beatus ille persuasus, sibi formosus esse videretur, & Ephesiorum vxoribus amabilis. At tandem multum exoratus in congressum est adductus.

καὶ τοιαυτῆδεν ἦδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς ἀλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς κομψῆς, καὶ πρὸς ἡδονὴν τε ὁμιλῆσαι ἐπιτερψούσης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσαι· καὶ μεταξὺ τῶν λόγων, ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι. καὶ ἀπόντος ἤδη, λαβέσθαι. καὶ εἰσελθόντι, προσδεχομένην, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε. καὶ ποτε καὶ ᾄσαι, καὶ κιθαρίσαι. οἷς ἅπασι κατὰ τὸ Δημόσθενικὸν ἐκλέγηται. καὶ ἐπεὶ ἤσθετο προνοίας ἐχόντα, καὶ διάδηλον ἦδη τῷ ἔρωτι, καὶ τακερὸν γεγιγνόμενον, ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἐπινοεῖ, καὶ τὸ ἄθλιον ἀπόλλυε. κύων τε γὰρ ἐξ αὐτῆς σκιπήσεται. ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, βλάκα ἐρασθῆναι προσεκπυρῶσαι. καὶ ἐκεῖ ἐρόντα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπό τ' αὐλῶν λέγουσα, πεπυσμένου τὴν ἔρωτα. ὃ δ' οὐδὲ ὅλως τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἀνείχετο μὴ ὀρᾶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐβάκχευε, καὶ τὸν κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τοὔνομα τῆς Χαρικλείας ἐπεβόα τὸ. καὶ τὴν εἰκόνα περιβαλὼν αὐτῆς, ἐπεποίητο ὑπὸ λίθου λευκοῦ, ἐκόπτετο καὶ τέλος, καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὔδαφος, ἀνυλιοῦτο. καὶ λύπη ἦν ἀκριβὴς τὸ

Et ex eo tempore facilis erat coniectura fore vt caperetur à muliere formosa, ad voluptatem congredi docta, & in occasione flere, & inter loquendum miserabiliter suspirare, & iam abeuntem amplecti, & adeunti occurrere, & formam, vt quàm maximè placeret, colere, interdum vel voce, vel cithara canere: quibus omnibus in Diniam vsa est. Postquam verò sensit excruciari, iámque amore illaqueatum, & colliquatum esse, adhæc aliud excogitat, quo miserum perdat. Grauidam se ex eo simulat (& hoc quoque est efficax ad magis inflammandum stultum amantem) neque postea illum adibat, affirmans à viro sese obseruari, qui hunc amorem persensisset. Hic verò rem ampliùs ferre non poterat, nec durare quum illam non videret: sed flebat, adulatores accersebat, Charicleæ nomen inclamabat, imaginémque illius amplexus (albo autem lapide facta erat) eiulabat. Demum in solum sese proijciens, volutabatur, ídque perfecta rabies erat. Siquidem mulieri reddita sunt dona,

πρᾶγμα. τὰ μὲν γὰρ δῶρα,

οὐκ τ' μῆλα, ἢ στεφάνους αὐτεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ σωμοικίαν ὅλαν, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, ἢ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. ἢ τί γὰρ, ἐν βραχεῖ ὁ Λυσίωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γυμνώθη, ἐξῃρέθη ἤδη, ἢ ἐξεκένωτο. εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν, ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν εὐσχρύσων, ἐθήρα, ἢ μετέβαινεν ἐπ' ὠμεῖνον. καὶ ἤρα ἤδη αὐτῆ. κἀκεῖνος ὑπίσευεν. ἀμελούμενος δ' οὖν ὁ Δεινίας, οὐχ ὑπὸ τ Χαρικλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τ κολάκων, κἀκεῖνοι γὰ ὅτι τ Κρῆτα ἤδη τ ἐρώμενον μετεπεπύθεσαν, ἔρχεται παρὰ τ Ἀγαθοκλέα, καὶ πάλαι εἰδότα ὡς ἔχοι πονηρῶς τὰ πράγματα αὐτῷ, ἢ αἰδούμενος τοιοῦτον, ὅμως διηγεῖτο πάντα. τὸν ἔρωτα. πλὴ ἀποείαν. πλὴ ὑπερηφάνειαν τ γυναικός. τ αὐτεραστὴν τὸν Κρῆτα. ἢ τέλος, ὡς οὐβιάσεται μὴ οὐχὶ σωῶν τῇ Χαρικλείᾳ. ὁδὲ, ἄχαριν εἶναι νομίσας ἐν τούτῳ ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ, διότι οὐ προσίετο μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τὰς κόλακας αὐτῶν προτίμα τότε, μόνῳ εἶχε παῤῥᾳαν οἰκίαν ἐν

non pro pomorum aut sertorum pretio: sed solidæ domus, agri, famulæ, vestes floridæ, auri quantum optaret. Quid multa? breui Lysionis domus, antea inter Ones nobilissima exhausta est atque exinanita. Deinde vbi iam exsuccus esset, eo relicto, alium quempiam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est, atque ad illum desciuit. Iam videlicet illum adamabat, atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Chariclea modò, sed etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam desciuerant) abit ad Agathoclem iam pridem non insciun, quàm illi res miserè haberent: & quanquam primùm pudebat, omnia tamen exposuit, amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, riualem Cretensem, denique se non victurum nisi cum Chariclea consuescat. Ille verò intempestiuum esse ratus exprobrare Diniæ, quòd ex amicis vnum sese nõ admisisset, sed tunc sibi assẽtatores antepositisset: diuendita, quam vnam in

Σάμῳ ἀπεμπολήσας, ἦκεν αὐτῷ τῷ πιμῷ κομίζων, τέτα τάλαντα. λαβὼν ὁ Δεινίας, ἐκ ἀφανὴς ἐυθὺς ἦν τῇ Χαιρικλείᾳ, καλός πόθεν αὖθις γεγονώς. καὶ αὖθις ἡ ἄβρα, καὶ τὰ γράμματα. καὶ μέμψις, ὅτι μὴ πολλῷ χρόνου ἀφίκετο. καὶ οἱ κόλακες συνέθεον, ὑπαλαμπόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι ὄντα τὸν Δεινίαν. ὡς δ' ἐσέρχετο ἤδη παρ' αὐτῶν, καὶ ἦκε περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον, καὶ ἔνδον ἦν ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαιρικλείας ἀνὴρ, εἴτε καὶ ἄλλως αἰδόμενος, εἴτε καὶ ἀπὸ σωθήματος τῆς γυναικὸς, ἄμφω γὰρ λέγεται, ἐπαναστὰς, ὥσπερ ἐκ λόχου, τὴν τε αὐλειον ἀποκλεισειν ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὴν Δεινίαν, πῦρ, καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν ἀσπαίρωμος. ὁ δ', σωισθῶν οὐ κακῶς ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτόν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώναχτα, πατάξας εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν Χαρίκλειαν, ἐ μιᾷ πληγῇ ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ τῷ μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τὸν Δημώναχτος υἱέα. οἱ δ' οἰκέται, τέως μὲν ἐσήκεσαν ἄφωνοι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι. εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν,

Samo habebat, domo paterna, pretium illi attulit, talenta tria. Quibus acceptis Dinias, ilico Charicleæ formosus denuo factus apparuit. Rursus ancilla, literulæ, & expostulatio, quòd iamdiu sese non adisset, concurrerunt: item adulatores correpturi suis dolis Diniam, quem adhuc arrodi posse cernerent. Cùm autem se illam aditurum promisisset, venisséque primo ferè somno, essétque intus Demonax Charicleæ maritus, seu alioqui senserat, siue ex compacto vxoris (nam vtrunque aiunt) exiliens velut ex insidijs, & atrium occludi, & Diniam comprehendi iubet, ignem & flagra minitans, & ensem prout in mœchum educens. Hic verò cognoscens vbi malorum esset, vecte, qui propè iacebat, arrepto, & Demonactem ipsum in tempora percussum & Charicleam occidit, non vno quidem ictu hanc, verùm & vecte sæpius, postremò Demonactis gladio. At famuli interea muti stabant rei nouitate attoniti, deinde comprehendere conati,

ὡς καὶ αὐτοῖς ἐσήει μὴ τὸ ξίφος, ἐκεῖνοι μὲν ὑπεφεύγον. ὁ Δεινίας ὅ, ὑπεξέρχεται, πλικάτον ἔργον ἐργασάμενος. καὶ τομίχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεφραγμένα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοποῦντες. ἔα δὲν ὅ οἱ φρατηροὶ παρῆσαν. ἤδη γὰρ τὸ φράγμα διεβεβόητο. καὶ συλλαβόντες τὸ Δεινίαν, ἤδη αὐτὸν ἤξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπαγουσι παρὰ τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἦρμοζε τὴν Ασίαν τότε. ὁδὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτόν. καὶ μετ' ὀλίγον καταπεμφθὴ ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων, ἐν τῷ τὴ φεύγειν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Αγαθοκλῆς, καὶ τἆλλα μὲν συνῆν, καὶ πωλαταῖζεν εἰς τὴν Ιταλίαν, καὶ πωλησόμενον εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, καὶ ποδὸς ὤδὲν ἀνεδέησεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφευγεν ὁ Δεινίας, ὤδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου. καταδικάσας δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν, διέτριβεν ἐν Γυάρῳ, καὶ συνέφευγεν αὐτῷ. καὶ ἐπειδὴ παντάπασιν ἠπόρουν τῶν ἀναγκαίων, παρεδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι, συνεκατεδύετο.

cùm in hos quoque ferrò insiliret, ipsi aufugerunt. At Dinias clam sese subduxit tanto facinore perpetrato. Et ad auroram vsque apud Agathoclem est commoratus, vbi quæ facta essent reputabant, & quid in posterum esset euenturum, dispiciebant. Vt autem diluxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) illi comprehensum Diniam, nec inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui tunc Asiã moderabatur. Hic verò ad Persarum regem eum remittit. Nec ita multo pòst relegatus est Dinias in Gyarum Insulam ex Cycladibus vnam, damnatus à rege vt ibi in perpetuum exularet. Agathocles autem cùm reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorum solus, vnà in iudicium est comitatus, neq; vlquam defuit officio. Porrò vbi iam in exilium profectus est Dinias, ne tum quidẽ destitutus est ab amico: sed ipse sua sponte damnatus simul in Gyaro versabatur, & cum illo exulem agebat. At quum iam rerum omnino necessariarum inopia laborarent, locans se ipsum purpurarijs, victum

natúmque

καὶ τὸ μηδὲν ὅλον τούτου ἀποφέρειν, ἔζεφε τὴν δεινίαν. καὶ νοσήσαντα ὑπὸ σπάνιος, ἐδεήθη πέμψαι. καὶ ἀποθανόντος ἐκέλευσεν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ· ἠθέλησεν, μὴ αὐτῷ ἐν τῇ νήσῳ μείνειν, αἰσχυνόμενος καὶ τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος, ὑπὲρ πολλοῦ γε ἐμοὶ ἀργύριον. ἐπὶ γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ὁ Γυαρίῳ ἀπέθανε. Το. καὶ εἶπεν ὦ Μνήσιππε, ἀνάμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν αὐ ἐδυνάμην αὐτοῖς, ὅτω σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω. πολλὰ δέδια μή τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εὕρῃς αὐτῷ. Μνη. ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλου ὦ Τόξαρι, Εὐθύδικον τὸν χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος ὁ ναύκληρος ὁ μεγαρικός, ἐπομνύμενος, ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι τὸ ἔργον. πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐκ Ἰταλίας Ἀθήναζε περὶ δύσιν πλειάδος, συλλογιμαίους τινὰς ἀνθρώπων κομίζων. ἐν δὲ τούτοις, εἶναι τὸν Εὐθύδικον. καὶ μετ' αὐτὸν, Δάμωνα τὸν χαλκιδέα. καὶ τοῦτον ἐτύγχανον αὐτῷ. ἡλικιώτας δὲ εἶναι, τὸν μὲν Εὐθύδικον,

natúmque hinc lucrum referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inseruiuit: & vbi vita defunctus est, noluit vnquã in patriam reuerti, sed ibi in Insula permansit, cùm amicum vel mortuum deserere puderet. Hoc non ita pridem Græcus amicus præstitit: neque enim scio an quinque anni præterierint, ex quo Agathocles in Gyaro mortem obijt. *Tox.* Vtinam Mnesippe, iniuratus hæc dixisses, vt ijs fidem non habere possem: adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum descripsisti. Quin vereor ne quem etiam alium huic similem narres. *Mne.* Audi etiam alium Toxari, scilicet Euthydicum Chalcidensem: de quo mihi retulit Simylus Chalcidensis nauclerus, adiurans se teste rem factam esse. Aiebat enim nauigasse sese ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occasum, collectitios quosdam homines vehentem, inter quos fuisset Euthydicus, & cũ ipso Damõ Chalcidensis eius amicus, coæquales illi, Euthydicus quidem validus & robustus.

ἐρρωμένον, καὶ καρτερόν.

ἡ ὁ Δάμωνα, ὕπωχρον, καὶ ἀδυνικὸν, ἀρτι ἐκ νόσου μακρᾶς ὡς ἐδόκει ἀνιστάμενον. ἄχρι μὲ οὖν Σικελίας, εὐτυχῶς διαπλεῦσαι ἔφη ὁ Σιμυλος σφᾶς. ἐπεὶ δὲ ἡ πορθμὸν διαπερῶντες, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ιονίῳ ἐγένοντο, χειμῶνα μέγιστον ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ, τί ἂν τις λέγοι; τερετισμὰς πνας, καὶ τροβίλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά. ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὴν Ζάκυνθον εἶναι ἀπὸ ψιλῆς τὴ κεραίας πλέοντας, ἔτι καὶ ἀσείρας πνας ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τὴ ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷον ἐν τοσούτῳ σάλῳ ναυπάσαντα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς τὴν θάλασσαν. εἶτα ὄϊμαι τῆς νεὼς βιαιότερον ἐς ὃ κεκύφει μέρος ἐπικλιθείσης, καὶ τῷ κύματος συναπώσαντος, ἐκπεσεῖν αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, οὐδὲ γυμνὸν τὸν ἀθλιον, ὡς ἂν καὶ ῥᾴδιον διώσασθαι νεῖν. εὐθὺς οὖν βοᾷν πνιγόμενον, καὶ μόγις ἑαυτὸν ὑπερέχοντα τῷ κλύδωνος. τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε, τυχεῖν δὲ γυμνὸν ἐν τῇ εὐνῇ ὄντα, ῥίψαι ἑαυτὸ εἰς τὴν θάλασσαν.

Damon contrà ſuppallidus, & valetudinarius: qui nuper ex diuturno morbo conualuiſſe videretur. Ergo ad Siciliam vſque ipſos fœliciter nauigaſſe aiebat Simylus: ſed vbi traiecto freto, in ipſo mari Ionio iam nauigarent, tempeſtatem maximam eis incubuiſſe. Quid autem attinet multa referre? nimirum immanes procellas ac ſinuoſas, grandines, & ſiquæ alia tempeſtatis mala. Cùm autem iam eſſent iuxta Zacynthum, nuda nauigantes antenna, præterea funes quoſdam trahentes, quo nimirum fluctus impetum exciperent, circiter noctem mediam, Damonẽ qui in tanta iactatione nauſearet in mare propendentem vomuiſſe. Deinde, vt conijcio, naue vehementiùs in eam partem in quam ille propendebat, inclinata, ſimúlque propellente fluctu, eum prono capite in pelagus excidiſſe, neque nudum tamen, vt miſero vel commodè natare liceret, mox exclamaſſe cùm præfocaretur, víxque ſeſe ab vndis extolleret. Quod ſimul atq; Euthydicus audiuiſſet, cũ nudus in ſtrato iaceret, eũ ſemet in mare abie-

καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπορρέοντα, φαίνεσθαι γὰρ ἐπὶ πολὺ ταῦτα, τὴν σελήνης καταλαμπούσης, συμπαρεγένηθαι, καὶ συγκουφίζειν. σφᾶς δὲ ἐπιθυμεῖν μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὴν συμφορὰν τῶν ἀνδρῶν. μὴ δυνάσθαι δὲ, μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους. πολλὰ ἐκεῖνά γε ποιῆσαι. φέλλους τε καὶ πολλὰς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τὴν κοντὴν τινας, ὡς ἐπὶ τούτων ἀπονήξαιντο, εἴ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν. καὶ τέλος, καὶ τὴν ἀποβάθραν αὐτῶν, οὐ μικρὰν οὖσαν, ἐνίησιν τοίνυν θεὸς θεῶν, ἵν' τινα ἄν τις ἄλλον ἐπιδείξειν ἐπιδείξαιτο εὐνοίας βεβαιοτέραν θεὸς ἀνδρὸς φίλου, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος οὕτως ἀχειρωμήτου, ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου. καὶ μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων. τὴν ἦχον τοῦ ὕδατος ἐπικλωμένου. τὴν ἀφρὸν περιζέοντα. τὴν νύκτα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν. εἶτα ἀποπνιγόμενον ἐκεῖνον, καὶ μόγις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ. τὸν δὲ, ἐπιπλῶντα εὐδύς, καὶ σωνέοντα, καὶ δεδιότα μὴ περιαπόληται αὐτῷ ὁ Δάμων. οὕτω γὰρ ἂν μάθοις, ὡς ἂν ἀγνωμὴ

cisse, arreptóq; Damone qui iam deficiebat (nam hæc refulgente Luna diutius cerni poterant) illi adnasse, ac subleuasse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese miseratos virorum calamitatem; verùm nequisse, cùm vento prævalido agitarentur. Illud tamen feciisse, subera complura illis immisisse, & contos aliquos, quibus innixi enatarent, siquos ex illis nanciscerentur: postremò scansoria quoque tabulata, eáque non exigua. Ergo per Deos perpende, quod aliud grauius beneuolentiæ documẽtum quispiam edere queat in hominem amicum, qui in mare vsque adeò sæuiens, noctu decidisset, quàm communicata morte? Iámq; mihi ante oculos pone surgentes procellas, fragorem aquæ sese frangentis, spumam vndique efferuescentem, noctem ac desperationem. Ad hæc illum præfocari incipientem, vixque vndis extantem, manúsque porrigentem amico: Hunc autem incontanter insilientem, simúlque nantem, ac metuentem ne se prior Damon interiret. Sic enim profectò cognosces, quod generosum hunc

σοι καὶ τοῦτον φίλον τὸν Εὐθύδικον διηγησάμην. Το. πότερον δ' ; ἀπώλοντο ὦ Μνήσιππε οἱ ἄνδρες, ἢ τις αὐτοῖς ἐκ παραλόγου σωτηρία ἐγένετο, ὡς ἔγωγε οὐ μετρίως δέδοικα ὑπὲρ αὐτῶν. Μνη. θάρρει ὦ Τόξαρι. ἐσώθησαν. καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν ἄμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος, ταῦτα μόνα εἰχελέγειν, ἃ πρότερον εἶδε τῆς νυκτός. ἢ μέ, ἐλπίζοντα. τὸν δ' , ὑπομιθοῦντα. καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐνυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. τὰ δ' ἀπὸ τούτου, οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, φελλοῖς τισι πεπιεσόντας, ἀνέχειν ἐπὶ τούτων ἑαυτοὺς, καὶ ἀπονήχεσθαι πονηρῶς. ὕστερον δ' τὴν ἀποβάθραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, προσνήξασθαί τε αὐτῇ. καὶ τὸ λοιπὸν ὑπβάντας, ξυμαρῶς προσενεχθῆναι τῇ Ζακύνθῳ. μετ' δ' τούτοις οὐ φαύλοις ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, ἄκουσον ἤδη τέταρτον ἄλλον ἀνδρὸς τὰ χείρονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας κορινθίος, Ἀρετᾶίῳ τῷ κορινθίῳ, καὶ Χαριξένῳ τῷ συκωνίῳ, φίλοις ἐκέχρητο εὐπορίοις ὑπάρχουσι, πένησατος αὐτὸς ὤν. ἐπὶ δ'

quoque amicum Euthydicum retulerim. Tox. Vtrum perierunt viri Mneſippe, an illis ex inſperato ſalus obtigit? adeò illis non mediocriter timui. Mne. Bono ſis animo, Toxari, ſeruati ſunt: quinetiam nunc Athenis ambo philoſophantes degunt. Nam Simylus hæc ſola habebat dicenda, quæ olim noctu vidit, hunc delapſum illum deſilientem, ſimúlque nantes, quatenus per noctem aſpicere dabatur. Porrò quæ poſt hæc acciderint Euthydicus ipſe narrat. Primùm quidem ſubera quædam fortè nactos, his ſeſe ſuſtinuiſſe, & incommodè enataſſe. Deinde conſpectis iam ſub auroram tabulatis annaſſe, quibus poſtremò conſcenſis, facilè Zacynthum appuliſſent. Poſt hos autem qui neutiquam mali ſunt, vt ego quidem autumo, accipe iam tertium nihilo illis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis vtebatur, ijs quidem opulentis, ipſe cùm eſſet pauperrimus. Hic moriens teſtamentũ reliquit,

ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε,

τοῖς μὲν ἄλλοις, ἴσως γελοίους, σοὶ δ' οὐκ οἶδα εἰ τοιαῦτα δόξουσιν, αὐδὲ ἀγαθῷ, καὶ φιλίαν πιμῶντι, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ προτείων ἀμιλλωμένῳ. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, ἀπολείπω Ἀρετάῳ μὲν τὴν μητέρα μου θέφειν, καὶ γηροκομεῖν. Χαριξένῳ δ', τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μετὰ προικὸς, ὁπόσην ἂν πλείστην ἐπιδοῦναι παρ' αὐτῆ δύνηται. ἐκεῖ δ' αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβύτις, καὶ θυγάτριον ἀφάτων ἥδη γάμων. ἐκεῖ δέ τι ἄτερος αὐτῶν ἐν τοσούτῳ πάθῃ, κἀγὼ τὴν ἐκείνου μερίδα φησὶν ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων ἀναγνωσθεισῶν τῶν διαθηκῶν, οἱ μὲν πανίαν μὲν εἰδότες τῇ Εὐδαμίδᾳ, τὴν φιλίαν δ', ἢ πρὸς τὸν ἄνδρα ἐκεῖνῳ αὐτῷ ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο. κἀ οὐδεὶς ὅστις οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο. οἷον Ἀρετάιος, καὶ Χαρίξενος οἱ εὐδαίμονες, κλῆρον διαδέξονται, λέγοντες, ἐπὴν ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδᾳ, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομηθήσονται ὑπὸ τῶν νεκρῶν. οἱ κληρονόμοι δ', οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον ἀνδρὸς διακτῶντες τὰ ἐν τῶν διαθηκῶν. ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος,

alijs quidem fortasse ridiculum, quod haud scio an tale tibi videbitur, viro probo, & apud quem amicitia in pretio sit, quique de primis in ea partibus contendas. Sic enim in eo scriptum erat, Lego Aretæo matrem meam alendam, & in senectute curandam: Charixeno filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autem illi mater anus, & filiola nuptijs iam matura. Siquid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem, inquit, habeto alter. Huiusmodi lecto testamento, qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant: at amicitiam quæ illi cum hisce viris intercesserat, ignorabant, rem pro ioco ducebant: & nemo non ridens discedebat, dicendo, cuiusmodi hæreditatem Aretæus, & Charixenus sunt accepturi, fœlices videlicet, siquidem persoluent Eudamidæ, superstitis etiam ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes quibus ista erant legata, vt audierunt, ilicò venerunt, agnoscentes ea quæ testamento erant mandata. Itaq; Charixenus,

διαθηκῶν. ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος,

πέντε μόνας ἡμέρας ἐπιβιούς, ἀπέθανεν. ὁδὲ Ἀρεταῖος, ἄκλη-
ρος κληρονόμων γενόμενος, τήν τε ἐκείνου, καὶ τὴν αὐτὸς μειδί-
δα παραλαβών, τρέφει τε τὴν A
Εὐδαμίδα τὴν μητέρα, καὶ
τὴν θυγατέρα οὐ πρὸ πολλοῦ
ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων
πέντε, ὧν εἶχε. δύο μὲ τῇ αὐτῇ
θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ φίλου B
ἐπιδούς. καὶ τὸ γάμου γε αὐ-
τῶν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε
γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ ὦ Τό-
ξαρι ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα
φαῦλον παράδειγμα φιλίας C
παρεχόμενοι, τοιαῦτα κληρονο-
μήσας, καὶ μὴ προδοὺς τὰς
διαθήκας τοῦ φίλου; ἢ πάνυ μὲν
καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ἥ-
ροις, μίαν τῶν πέντε εἶναι;
To. καὶ οὗτος μὲν καλός. ἐγὼ D
δέ, ὅτι Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον
ἐθαύμασα τὸ θάρσους, ὃ εἶχε
περὶ τὸν φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς
καὶ αὐτὸς αὖ τὰ ὅμοια ἔπρα-
ξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἐν δια-
θήκαις ταῦτα ἐγεγράφατο, ἀλ- E
λὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἦκεν αὖ ἄ-
κληρος κληρονόμος τῶν τοιού-
των. Μνη. εὖ λέγεις. τέταρτον
δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν
τὸν Χαρμόλεω Μασσαλιήτην.
ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ

quinque duntaxat dies superstes, diem obijt. Aretæus verò factus hæredum optimus, tum illius, tum sua ipsius susceptа parte, & Eudamidæ matrem alit, & filiam non ita pridem datis quinque talentis, quæ habebat, elocauit, duobus quidem propriæ filiæ, duobus in amici filiæ dotem: ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit. Quid tibi Toxari, Aretæus iste videtur? num leue amicitiæ argumẽtum exhibuisse, adita huiusmodi hæreditate, neque deserto amici sui testamento? An hunc quoque perfectis in calculis ponemus, vt è quinque sit vnus? *Tox.* Et iste quidem egregius: quanquam equidem Eudamidam multò magis ob fiduciam, qua fuit erga amicos, admiratus sum. Declarauit enim se eadem facturum fuisse erga illos, tametsi ea non essent in testamento scripta: verùm ante alios venturum, talium hæredem non scriptum. *Mne.* Probè dicis, Sed quartum tibi iam narrabo, Zenothemim Massilienſem Charmolei filium, qui mihi legationem pro patria obeunti in Italia monstratus est,

προσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος,

καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλέ-
σιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δ'
αὐτῷ γυνὴ ἐπὶ ζεύγους ὁδοι-
πορούσῃ, τάτε ἄλλα εἰδεχθὴς,
καὶ ἔκπρεπὲς τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ
τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον,
παλώβιτόν τι, καὶ ἀποφόσιτον
μορμολύκειον. εἶτα ἐπὶ ἐθαύ-
μαζε εἰ καλὸς οὗτος, καὶ ὡ-
ραῖος ὤν, ἀνέχεται παροχουμέ-
νην τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα,
ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο
τὴν αἰτίαν τοῦ γάμου, ἀκ-
ριβῶς εἰδὼς ἕκαστα. μασσαλιώ-
της δ' καὶ αὐτὸς ὢν. Μενε-
κράτει γὰρ ἔφη τῷ πατρὶ τῆς
δυσμόρφου ταύτης, φίλος ὢν
ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι, καὶ
τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρό-
νῳ δ' ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη
τὴν οὐσίαν ἐν καταδίκῃ, ὅτε
καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τ
ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος
γνώμην παράνομον. οὕτω δ'
οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν ἔ-
φη, εἴ τις παράνομα γράψειεν.
ἐλυπεῖτο οὖν ὁ Μενεκράτης
καὶ ἐπὶ τῇ καταδίκῃ. καὶ ἐπεὶ ἐν
πλουσίου, πένης, καὶ ἐξ ἐνδό-
ξου, ἄδοξος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο.
μάλιστα δ' αὐτὸν ἡ θυγάτηρ
αὕτη, ἐπίγαμος ἤδη, καὶ ὀκτω-
καιδεκέτης οὖσα, ἣν οὐδὲ μί-

vir formosus, procerus, & diues, vt apparebat. Huic iter facienti vxor assidebat in rheda, aliàs deformis, manca dimidia corporis parte dextra, alteróque oculo A capta, teterrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde cùm demirarer, si decorus ille & venustus cùm esset, mulierem eiusmodi secum vehi sustineret: is qui mihi eum commonstrarat, necessitatem nuptiarum exponit, singulis diligenter cognitis. Frátq; ipse Massilienses. Menecrati, inquit, de- B C formis istius patri amicus erat Zenothemis, viro diuiti, ac honorato, rebus ijsdē par ipse. Aliquando autem suis facultatibus est mulctatus Menecrates, quo tēpore etiam declaratus est infamis D à viris sexcentis, vt qui sententiam iniquā pronunciasset. Ad hunc autem modum, inquit, nos Massilienses punimus, siquis corruptè iudicet. Grauiter itaque ferebat Menecrates, & quòd fuisset condemnatus, & quòd ex diuite pauper, ex nobili infamis repente euasisset. In primis verò discruciabat ipsum hæc filia, iā nubilis, & annos octodecim nata, quā ne cum omni quidē patris subst̄tia,

πάσης τῆς οὐσίας τὸ πατρὸς,

λῶγε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἂν τις τῶν γε εὐγενῶν, καὶ πενήτων, ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δ' ἢ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην. ὡς δ' ταῦτα πρὸς τ Ξενόθεμιν ἀπεδύρετο, θάρρει ἔφη ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, ἢ θυγάτηρ σου ἄξιον τῷ γένους εὑρήσει νυμφίον πανύ. καὶ ταῦτα ἅμα διεξιὼν, λαβόμενος αὐτ τῆς δεξιᾶς, ἦκεν εἰς τ οἰκίαν. καὶ τὴν τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν, ἐνείματο πρὸς αὐτόν. καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι κελεύσας, εἱστία τοὺς φίλους, καὶ τ Μενεκράτη, ὡς δὴ πάνα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς γαμοσυμπλῆκτῆς κόρης τ γάμον. ἐπεὶ δ' ἐδεδείπνητο αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐντεῦθα δὴ μεσοῦ αὐτῶ τὴν φιάλην παρετείνας, δέδεξο εἶπεν ὦ Μενέκρατες παρὰ τὸ γαμβρὸ φιλοτησίαν. ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν σὴν θυγατέρα Κυδιμάχῳ. τὴν προῖκα δ' πάλαι εἰλήφα, τάλαντα πέντε, καὶ εἴκοσι. τὸ δ', ἅπαγε λέγοντος, μὴ σύγε ὦ Ξενόθεμι, μὴ ἕτερα

quam ante mulctam posse-derat, dignatus fuisset quis-quam ingenuus ac pauper facilè accipere, quæ forma esset tam infœlici, imò etiam A crescente Luna cadere dice-retur. Hæc vbi apud Ze-nothemim declararet, bono, inquit, es animo Me-necrates. Neque enim ipse egebis necessarijs, & filia tua dignum aliquem suo ge-nere sponsum inueniet. Quæ simul ac dixit, apprehensa illius dextra, domum de-duxit, suásque facultates, quæ illi multæ erant, cum C ipso est partitus, & conuiuio quod apparari iusserat, a-micos excepit, & in his Menecratem, quàsi cuipiam è necessarijs iam persuasisset, vt puellam in matrimonium D acciperet. Posteaquam au-tem cœnassent, libassentque Dijs, tum porrecto illi ple-no poculo, accipe, inquit, Menecrates, à genero ami-citiæ poculum: nam hodie ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham: dotem E autem iam olim accepi, ta-lenta quinque & viginti. Cui cùm respon deret, apage, ne feceris ô Zenothemis, ne-uc ipse vsque adeò insaniam vt te iuuenem & formosum

μανείλω, ὡς περιιδεῖν σε, νέον

καὶ καλὸν ὄντα, κόρη αἰσχρᾷ, καὶ λελωβημένῃ συγκατοζευγνύμενον. ὁ δ', ταῦτα διεξιόντος, ἀράμενος τὴν νύμφην, ἀπῆει ἐς τὸ θάλαμον. καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, διακοσμήσας αὐτήν. καὶ τοσαυτηκέναι σωφροσύνην ὑπερασπῶν, καὶ πάντη ὡς ὁρᾷς περιαγόμενος αὐτήν. καὶ οὐχ ὅπως ἂν αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ στεφανωσάμενον ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος, ὡς καταφρονεῖ μὲν τῶν ἐν σώματι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, καὶ πλούτου, καὶ δόξης. ἀφορᾷ δ' ἐς τὸ φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην. οὐδὲ οἴεται χεῖρα προῖξ φιλίαν ὑπὸ τῆς ψήφου τῶν ἑξακοσίων γενέσθαι. πλὴν ἤδη γε τούτων οὕτως αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη. παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο. καὶ προῆλθε, ἐπεὶ ἀράμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ εἰς τὸ βουλευτήριον, σφαλῷ ἐσταλμένον, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινότερον φανεῖν τῷ πάσσπου, τὸ μὲν βρέφος, ἀνεγέλασε πρὸς τὸν βουλευτάς, καὶ σωσεκρότει τῷ χέρε. ἡ βουλὴ δ' ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφίησι τῷ Μενεκράτει τὴν δίκην, τηλικούτῳ σωηγόρῳ

cum deformi & mutilata puella coniugatum conſpiciam. Hæc illo loquente, hic ſponſam tollens, in thalamum abijt, & paulo pòſt ea deuirginata prodijt, cum A qua ex eo tempore conſueſcit, eam ſummopere amans, & quemadmodum vides, circunferens. Nec ſolùm non pudet matrimonij, ſed etiam perinde atque de eo glorians, oſtentat, vt contemnit corporis formam ¶ aut fœditatem, & diuitias, & gloriam: ſed amici tantùm Menecratis rationem habet, neque arbitratur eum ſexcentorum virorum ſententia deteriorem ad amicitiam factum. Verùm pro his iam illi gratiam ſic retulit fortuna. Puerulus enim formoſiſſimus ex illa deformiſſima ſuſceptus eſt. Quem cùm pridie pater in curiam intuliſſet, oleagina fronde coronatum, ac pulla veſte amictum, quò plus commiſerationis auo conciliaret, infans iudicibus arridebat, & manus cõplodebat: ad quem commota curia, Menecrati mulctã remittit. Iámque hic iſto apud judices patrono vſus, rei famæq; reſtitutus eſt.

καταδίκλω. καὶ ἤδη ἐπίτιμος χρησάμενος πρὸς τὸ σωιέδριον.

τοιαῦτα ὁ μακαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι χάριν τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς, οὐ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γιγνόμενα. οἵγε καὶ ταὶς παλλακαὶς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται. λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος. καί μοι δοκῶ ὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τοῦ σουνιέως ἐπιλαθόμενος. συνεκπλέυσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος Αντιφίλῳ τῷ Αλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι, καὶ συνεφήβῳ, συνῆν, καὶ συνεπαιδεύετο. αὐτὸς μὲν, ἅτε κωμικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ. ὁδὲ Αντίφιλος, ἰατρικὴν ἅμα ἐμελέτα. καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος, ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν καὶ θέαν τῶν πυραμίδων, καὶ τὸ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχεσθαι σκιάν. ἢ ὃ Μέμνονα, βοᾷν πρὸς ἀνατέλλοντα ἥλιον, τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἐκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀναπεπλεύκει καὶ ἡ Νεῖλον ἔκτον ἤδη μῆνα, ὀκνήσας πρὸς τὴν ὁδὸν, καὶ τὸ θάλπος, ἀπολιπὼν τὸν Αντίφιλον. ὁδὲ,

Hæc affirmabat Massilienſis Zenothemim amici gratia feciſſe, haud exigua, ſicuti vides, neque qualia paſſim Scythæ factitant, qui formoſiſſimas pellices diligenter eligere dicuntur. Reſtat nobis quintus. Neque verò mihi videor alium quempiam debere dicere, omiſſo Demetrio Sunienſi. Nauigarat in Ægyptum Demetrius, vnà cum Antiphilo Alopecenſi, qui cum illo iam inde à teneris annis amicitiã contraxerat, & ephebus ephebo conuiuebat, & eruditebatur, alter quidem Cynicam diſciplinam ex Rhodio ſophiſta diſcens, alter nimirum Antiphilus medicinæ operam dans. Aliquando etiam Demetrius in Ægyptũ eſt profectus, vt Pyramidas, & Memnonem viſeret: ſiquidem audiuerat, eas quanquam excelſæ erãt, vmbram non præbere, Memnonem autem oriente ſole clamare. Harum igitur rerum cupiditate adductus Demetrius, cùm vt Pyramidas videret, tum vt Memnonem audiret: ſextum iam menſem aduerſo Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quòd is itinere, atq; æſtu fatiſceret. Hic verò interea in calamitatem incidit,

ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο,

μάλα γυναίου πνὸς φίλου δεομένη. οἰκέτης γὰρ αὐτῆ Σύρος, καὶ τοὔνομα, καὶ τῆ πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεσπλάσθη τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ανουβείδιον. καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς. καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο παῦτα παρὰ τῷ Σύρῳ. εἶτ' ἐμπεσόντες, ἑάλωσαν γάρ τι ἀπεμπολῆντες, ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον σφεβλούμενοι ὅτι τῆ βοχῆ. καὶ ἀγόμενοι, ἦλθον ὅτι τὴν οἰκίαν τῆ Αντιφίλου. καὶ τὰ φώρια ἐξέφερον ὑπὸ κλίνη τινὶ, ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅ τε οὖν Σύρος ἐδέδετο ἐνδὸς, καὶ ὁ δεσπότης αὐτῆ Αντίφιλος. οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τῆ διδασκάλου, ἀπαταθεὶς, ἐβοήθει ὡς ἐδεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἐπισφέφοντο ὡς τὸ Ανουβείδιον συσυλημότα. καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἤγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπον ποτε, ἢ συνεστάθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ ὡς τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες. ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Αντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον, ἁπάντων, ὅσοι ἦσαν χαλκῆρχοι ἐν τῷ

quæ generoso quopiam amico indigeret. Etenim famulus eius nomine & patria Syrus, inita societate cum sacrilegis quibusdam, A vnà cum illis in Anubis templum irrupit: sublatóq; Deo, aureísque phialis duabus, aureóque caduceo, & cynocephalis argenteis, atque id genus alijs, omnia B apud Syrum depositurant. Deinde fortè comprehensi (capti enim fuerant diuendentes nescio quid) rem omnem in rota districti protinus confessi sunt, & C in ædes Antiphili adducti venerunt. Hîc furta sub lectulo, in obscuro loco posita promebant. Syrus itaque ilico vinctus est, herúsque eius Antiphilus, atque D is quidem interea dum præceptorem audit, auulsus. Nec opitulabatur quisquam: quin magis hi qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominem, tanquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset: séque E impiè feciſſe putabant, siquando cum ipso bibissent vel edissent. Tú reliqui duo famuli, conuasatis ijs, quæ domi erant, aufugerût. Ergo miser Antiphilus iamdiu

δεσμωτηρίῳ, μαρώτατος εἶναι δοκῶν. καὶ ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν αἰγύπτιος δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾠήθη χαριεῖσθαι, καὶ προμηνύσειν τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. εἰ δ' ἀπολογοῖτό ποτε λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἰργασται, ἀναίσχυντος ἔδοκει, καὶ πολὺ πλέον ἐπὶ τούτῳ ἐμοχθεῖτο. ὑπενόσει τοιαῦτα ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ κατευδοντα καὶ τῆς νυκτὸς, οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ καταπεκλεισμένα. τὸ μὲν γὰρ ἡμίσεως, ὁ κλοιὸς ἔρρει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη. εἰς δὲ τὴν νύκτα, ἔδει ὅλον καταδεδέσθαι. καὶ μὴν καὶ τὸ οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ τὸ πνίγος, ἐν ταυτῷ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τὸ σιδήρου ὀφφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν, καὶ ἀφόρητα, οἷς οὐδεὶ ἀνθρώπων ἐκείνων ἀνῆθει, καὶ ἀμελετήτῳ τοιοῦτος ἄπαν σκληρὸν τὸν δίαιταν. ἀπαγορεύοντος δὴ αὐτῷ, καὶ μηδὲ σῖτον αἰρεῖσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖταί ποτε καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν

in vinculis detinebatur, & omniū qui erant in carcere sontium sceleſtiſſimus eſſe putabatur. Porrò præfectus carceris Ægyptius homo A ſuperſtitioſus, ratus ſeſe rem gratam facere Deo, atque illius vlciſci vices, grauis Antiphilo imminebat. Quòd ſi quando culpam à ſe amoueret, affirmans ſe nihil eiuſmodi patraſſe, impudens B habebatur, atq; hoc nomine multo magis erat inuiſus. Itaque iam ſubægrotabat, & malè ſe habebat: nec mirum, quippe qui humi cubaret, idque etiam noctu, neq; crura C protendere ſineretur, ligno incluſa. Nam per diē cataſta ſtringebatur, altera manu vincta ferro: ac noctu totus eſſe in vinculis cogebatur. Quinetiam domicilij pædor & præfocatio, multis ibidem D vinctis, & in anguſtū coactis, vixque reſpirantibus: tum ferri ſtridor, & ſomnus exiguus, hæc omnia moleſta erant atque intoleranda, vt pote homini ijs non aſſueto, nec ad tam durum vitæ genus exercitato. Cùm verò E iam deficeret, ac ne cibum quidem capere vellet, tandē aduenit Demetrius, nihil dum ſciens eorum quæ acciderant. Et cùm reſciuiſſet, vt ſe habebat, & curriculo ὡς εἶχεν, ἐυθὺς ἐπὶ τὸ δεσμω-

τήριον, δεσμαῖος ἐλθὼν, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη. ἑσπέρας δὲ ἦν. καὶ ὁ δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε, φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις παρακελευσάμενος. ἕως μὲν οὖν εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας. καὶ παρελθὼν, ὅπως πολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγονότα. καὶ περιὼν, ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ εἰώθεσαν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἐώλων ὄντων, ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. καὶ εἰ μὴ τοὔνομα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένους, καὶ ὅπως μὴ γνόησεν αὐ ὅστις ἦν. τοσοῦτον ἄλλακτο ὑπὸ τῶν δεινῶν. ὡς δὲ τῇ φωνῇ αἰδόμενος ἀνέβόησε, καὶ προσπόντος, διαστείλας τὴν κόμην, καὶ ἀπάγων τῆς προσώπου ἀυχμηρὰν, καὶ συμπεπλημμένην, ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἐκπλαγέντες ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ὄψει. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε, καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν, ἐκπυθόμενος παρ' αὐτῶν, θαρρεῖν τε παρεκελεύετο. καὶ δειλὸν τὸ τειβώνιον, τὸ μὲν ἥμισυ, αὐτὸς ἀναβάλλεται.

ad carcerem veniſſet, tunc quidem nō eſt admiſſus, quoniam erat veſpera, & carceris cuſtos iamdudum occluſis foribus dormiebat, miniſtris excubias agere iuſſis. Mane verò multū precatus ingreditur, ingreſſus diu quærit Antiphilū malis ita immutatum vt cognoſci nō poſſet. Circumiens igitur è vinctis vnumquemque contemplabatur, eorum more qui familiarium cadauera facta iam marcida, in ſtragibus quærunt. Quòd niſi nomen fuiſſet eloquutus, Antiphilū Dinomenis filium, ne longo quidem tempore potuiſſet agnoſci quiſnam eſſet, vſque adeò malis erat immutatus. Vt verò ad vocem agnitam reſpondiſſet, atque adeunte illo comam diduxiſſent, eam à vultu abigens ſqualidam atque impexam, oſtendit ſeſe quis eſſet. Hîc ambo collapſi ſunt oculis oborta caligine, in tam inopinato ſpectaculo. Verùm aliquanto pòſt, cùm ſe, & Antiphilum recreaſſet Demetrius, & ſingula vt ſe habebant, ex eo planè accepiſſet, bono animo eſſe iubet. Tum diuiſo pallio, ipſe quidem dimidiato induitur, illi verò reliquum dat,

τὸ λοιπὸν δὲ, ἐκείνῳ δίδωσιν,

ὁ Δημήτριος ἤ, καὶ ὁ Ἀντίφιλος, κατ' χώραν ἔμειναν, καὶ τῷ Σύρῳ λαβόμενοι ἤδη ἀπόντος. ἐπεὶ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τ' Αἰγύπτου ἐπίτροπος τὸ συμβεβηκὸς, ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους. μεταστειλάμενος ἤ τοὺς ἀμφὶ τ' Δημήτριον, ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν, ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν, ἀλλ' ἐκ ἐκείνοι γε ἠγάπησαν, οὕτως ἀφιέμενοι. ἐβόα ἤ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποίει ἀδικεῖσθαι σφᾶς ὑ σωφρὰ, εἰ δόξουσι κακῶς ἔχοντες, ἐλέῳ, ἢ ἐπαίνῳ τὸ μὴ ἀποδρᾶναι ἀφεῖσθαι. καὶ τέλος, ἵνα ἀγκασαν τ' δικασὴν ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. ὁ δὲ, ἐπεὶ ἔμαθεν ἐκ δὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτοὺς, τὸν Δημήτριον ἤ καὶ παῖδ' θαυμάσας, ἀφῆκε, παρεμυθησάμενος ἐπὶ τῇ κολάσει, ἵνα μὴ ἐνέχοντο ἀδίκως δεδεκότες, καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος, παρ' αὑτῷ δραχμαῖς μυρίαις τ' Αντιφίλον, δὶς τοσούτοις ἤ τ' Δημήτριον. ὁ μὲν οὖν Αντίφιλος, ἔτι καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστίν. ὁ δὲ Δημήτριος, καὶ τοὺς αὑτῷ δισμυρίας ἐκείνῳ καταλιπὼν, ὥχετο ἀπιὼν εἰς τὴν Ἰνδικὴν, παρὰ τοὺς Βραχμᾶνας,

Porrò Demetrius, & Antiphilus inibi remanserunt. Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat. Vt autem diluxisset, Ægypti A præses cognito quod acciderat, emisit quidē qui illos insequerentur. Accersitum verò Demetrium, eiúsque socios à vinculis liberauit, laudatos quòd soli non aufugissent. At his haud satis B erat, quòd sic dimitterentur. Sed clamabat Demetrius, sibíque non mediocrem iniuriam fieri contendebat, si pro maleficis habiti, videC rentur per commiserationem, vel ob id laudis, quòd non aufugissent, dimitti. Tandem compulêre iudicē, vt rem diligenter excuteret: qui cognita illorum innocentia, ipsos laudatos dimiD sit, & Demetrium miratus super pœna quam præter ius in vincula coniecti tulerant, est consolatus: quinetiam vtrumque munere cohonestauit, de suo datis Antiphilo drachmarum decem milliE bus, duplo autem Demetrio. Atque etiamnum in Ægypto est Antiphilus. Demetrius autem sua quoque viginti millia relinquens amico, concessit in Indiam profectus ad Brachmanas,

tantùm

τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τὸν Ἀντιφίλον, ὡς συγγνωστὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο, ἤδη ἀπολιπὼν αὐτόν. οὔτε γὰρ αὐτὸς δεῖσθαι τῶν χρημάτων, ἕως ἂν αὐτὸς ᾖ, ὅπερ ὄντι ἀρκεῖσθαι, ὀλίγοις δυναμένῳ, οὔτε ἐκείνῳ ἔτι δεῖν φίλῳ, εὐμαρῶν αὐτῷ τῶν πεφυκότων χεῖρον. τοιοῦτοι δὴ Τόξαρις, οἱ Ἕλληνες φίλοι. εἰ δὲ μὴ πρόσθεν ἐβεβλήκεις ἡμᾶς, ὡς ἐπρήμασι μέγα φρονοῦντας, καὶ αὐτὸς ἂν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὥσπερ ἀπὸ μὲν ἑαυτοῦ οὐδὲν ἀπολογούμενος, ὥσπερ τὸν Ἀντιφίλου, καὶ δακρύων πρόσθεν, καὶ ἱκετεύων, καὶ τὸ παῖν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος, ἀμφοτέρους ἀφῆκεν αὐτούς, ἐγὼ μὲν οὖν τούτοις ὀλίγοις ἀπὸ πλειόνων, οὓς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε διηγησόμενόν σοι, ἀγαθοὺς, καὶ βεβαίους φίλους. καὶ τοιοῦτον ἤδη κατάβαθι ἀπὸ τοῦ λόγου, σοὶ τὴν ῥῆσιν παραδίδωμι. σὺ δ' ὅπως μὴ χείρους ἕξεις τοὺς Σκύθας, ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοι μελήσει, εἴ τι καὶ τὴν δεξιὰς περιφύσεως, ὡς μὴ ἀποστυγήσεις αὐτὴν,

tantùm hoc loquutus Antiphilo, meritò sibi iam ignoscendum videri, quòd tum ab eo discederet. Neque enim sibi opus fore pecunia, quandiu esse pergeret, qui erat, videlicet qui posset paucis esse contentus: neque ampliùs illi amico esse opus, quippe cui res iam commodè sese haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici Græci. Quod ni initio notasses nos, tanquam qui verbis superbiremus, ego multas orationes tibi recitassem, eásque egregias, quas in iudicio Demetrius habuit, cùm interim propriam causam non ageret: sed pro Antiphilo fleret, & supplicaret: totámque culpam in se reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberauit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primùm memoria suggessit, præclaros, firmósque amicos tibi narraui. Quod reliquũ, iam ab oratione decedens, dicendi partes tibi trado. Porrò tibi ipsi curæ fuerit vti non deteriores, sed his longè præstantiores Scythas referas, siquid de dextra solicitus es, ne ea tibi præcidatur. Verùm oportet strenuum te præstes virum,

ἀλλὰ χρὴ αὖ σὲ ἀγαθὸν εἶναι.

ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις, Ορέστου μὲν, καὶ Πυλάδου παῦ σοφιστικῶς ἐπαινέσας. ὥσπερ ὁ τῆς Σκυθίας, φαῦλος ῥήτωρ φανόμενος. Το. εὖγε ὦ Μνήσιππε, ὅτι καὶ παροξύνεις με πρὸς τὸν λόγον, ὥσπερ ἄρα παῦ σοι μέλον, εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶτταν, κρατηθεὶς ἐν τοῖς λόγοις. πλὴν ἄρξομαί γε ἤδη, μηδὲν ἧττον σοῦ καλλιλογησόμενος. ἡ δὲ σκυθικὴ τέττα. καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα ὑπερβάλληται τοὺς λόγους. προσδοκήσεις δὲ μηδὲν τοιοῦτο παρ' ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν, εἴ τις ἀπροίκου ἔμελλε λήψεσθαι γυναῖκα, ἢ εἴ τις ἀργύριον ἐπέδωκε γαμουμένῃ θυγατρὶ, φίλου ἀδελφὸς, δύο τάλαντα. καὶ νὴ Δί' εἴ τις παρέχειν ἑαυτὸν δεδηκόμενον, ὅπως προσδήλῳ τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεσθαι. παῦ γὰρ ἐυτελῆ ταῦτα. ἢ μεγαλοργὸν ἐν αὐτοῖς, ἢ ἀνδρεῖον ἔνι οὐδέν. ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς, καὶ πολέμους, καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ὅτι, παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἀσκεπάζετος. καίτοι οὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεπόνθατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινεῖτε.

specta. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam, viros è formicis esse natos. Posteaquam igitur omnia satis spectassem & risissem, excussi meipsum, & subuolaui. Ad reliquos diuos, Iouis altitonantis in ædes. Nondum stadium ascenderam, quum lunæ fœminea voce sonans, Menippe, inquit, ita tibi contingant quæ optas. Inserui mihi in re quapiam apud Iouem: dicas inquam, neque enim erit molestum, nisi siquid oneris sit portandum. Nuntium, inquit, haud grauem, ac petitionem meo nomine Ioui perferes. Enecor, Menippe, multa, eáque non ferenda ab istis philosophis audiens: quibus nihil est negotij, nisi vt curiosè res meas exquirant, quæ quantáque sim, & cur dimidiata fiam, & vtrinque gibbosa. Tum hi me dicũt inhabitari: illi speculi instar, supra mare suspensam esse: alij rursus id mihi attribuunt, quod quisque secum excogitarit. Postremò ipsum quoque lumen aiunt mihi, & furtiuum esse, & nothum, quòd à sole supernè proficiscatur. Neque finem faciunt, etiam cum hoc qui meus est frater,

τοῦτόν με ἀδελφὸν ὄντα μου,

συγκρῦσαι, καὶ σασπάσαι θεραμένους. ἐγὼ γὰρ ἱκανὰ ἡγοῦμαι αὐτοῖς ἅπερ ἀυτὸς εἰρήκασι τὸν λίθον, λίθον αὐτὸν εἶναι, καὶ μύδρον διάπυρον. καίτοι πόσα ἐγὼ συ- A νεπίσταμαι αὐτοῖς, ἃ πρὸ τοῦ τὴν νυκτὸ, ἀλλὰ καὶ κατάπυρα, εἰ μὴ ἡμέραν σκυθρωποὶ, καὶ ἀνδρώδεις τὸ βλέμμα, καὶ τὸ σχῆμα σεμνοὶ, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδιω- B τῶν ἀποβλεπόμενοι. κἀγὼ μὲ ταῦτα ἐρῶσα, ὅμως σιωπῶ. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πρέπειν ἀποκαλύψαι, καὶ διαφωτίσαι τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας διατριβὰς, καὶ τὸν ἐπὶ C τῆς σκιωῆς ἐκάστου βίον. ἀλλὰ κἂν τινα ἴδω αὐτῶν μοιχεύοντα, ἢ κλέπτοντα, ἢ ἄλλο τι τολμῶντα νυκτερινώτατον, εὐθὺς ἐπισπασάμενος τὸ νέφος, D ἐνεκαλυψάμην, ἵνα μὴ δείξω τοῖς πολλοῖς γέροντας ἄνδρας, βαδὴν πώγωνι, καὶ ἀρετῇ ἐναγωνιῶντας. οἱ δ', οὐδὲν ἀνιᾶσι, διέσασπάραττόν με τῷ E λόγῳ, καὶ πάντα βόρον ὑβρίζοντες. ὥστε νὴ τὸν νύκτα, πολλάκις ἐβουλευσάμην μετοικῆσαι ὅτι πορρωτάτω, ἵν' αὐτῶν τὸν πλείονον ἀγνῶσι τὸν λέσχον. μέμνησο δὲ ταῦτά γε ἀπαγγεῖλαι τῷ Διΐ. καὶ

me committere, & factionem inter nos serere conantes. Neque enim sat erat ipsis dixisse solem ipsum esse lapidem, & massam candentem. Et tamen quàm multarum rerum illis sum conscia, quas noctu patrant turpissimas, & execrandas, cùm interdiu sint tetrico & virili aspectu, habitúque graui, & ab imperitis conspiciantur. Quæ etsi videam, fileo tamen. Neque enim decorum arbitror, retegere atque in lucem efferre nocturnas illas diatribas, & quam quisque in operto viuat vitam. Quinetiam si quem videro ipsorum adulterium committentem, aut furantem, aut aliud quid quàm maximè nocturnum audentem, continuò contracta nube tegebam, ne vulgo ostenderem viros senes, ea gerentes, quæ neque barbæ prolixæ, neque virtutis professioni essent decora. At isti nihilo minùs oratione me discerpunt, modisque omnibus contumelia afficiunt. Itaque noctem testor, mihi sæpe in mentem venisse vt quàm longissimè hinc demigrarem, quò linguam illorum curiosam effugere possem. Hæc igitur Ioui renuntiare meminetis, idq; addere, fieri nõ posse vt hoc in loco

προσδεῖναι δ' ὅτι μὴ δυνατὸν ὄντι μοι κατ' χώραν μένειν;

λιῶ μὴ τὸν φυσικοὺς ἐκείνους
ἐπτερύξῃ, καὶ τὸν διαλε-
κτικοὺς ἐπισοβήσῃ καὶ τὴν στοὰν
καταισχύνῃ, καὶ τὴν ἀκαδη-
μίαν καταφλέξῃ, καὶ παύσῃ
τὰς ἐν περιπάτῳ διατριβάς. A
οὕτω γὰρ αὖ εἰρωνίαν ἄχρηστον,
ἀσημέρωτον πρὸς ἀνθρώπων γενο-
μένην ὁρῶμεν. ἔσχε ταῦτα λιῶ δὲ
ἐγώ. καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἀέριττες
ἕτεινον τὴν ὄπ τὸ οὐρανῶ,
ἔνθα μηδὲ οὔτε βοῶν, οὔτ' ἀν-
δρῶν φαίνετο ἔργα. μετ' ὀλίγον
γὰρ καὶ ἡ σελήνη βραχεῖά
μοι καθεωρᾶτο, καὶ τὴν γῆν B
ἤδη ἀπέκρυπτε. λαβὼν γὰρ ἡλίου
ἐνδεξίᾳ, διὰ τῶν ἀστέρων
πετόμενος, πεπαῖος ἐπλησία-
σα τῷ οὐρανῷ. καὶ τὸ μὲ
θαρρῶν, ἐδόκει μοι ὡς εἶχον συ-
δὺς, εἴσω παιέναι. ῥᾳδίως γὰρ
ὤμην διαλαθεῖν, ἅτε ἐξ ἡμι-
σείας ὢν ἀετός. τὸν δ' ἀέτον ἠ-
πιστάμην ἐκ παλαιᾶ συνήθει
τῷ Διΐ. ὕστερον δ' ἐλογισάμην
ὡς τάχιστα καταφωράσουσί με,
ζυγὸς δ' ἑτέραν πέρυγα πεπει-
κότα. ἀφίεσαν γοῦν κείνας τὸ
μὴ παραπινδυνεύειν, ἔκοπτον C
θαρσαλεῶς τὴν σύριγγα. ὡς ἀ-
κούσας δ' ὁ Ἑρμῆς, καὶ τοιῶ-
μενος σκηπτοδόμος, ἀπῄει κρ'
ταυτὴν φράσων τῷ Διΐ.

durem, nisi physicos illos comminuat: dialecticis os occludat: Stoam demoliatur: Academiam exuratquæ in Peripato habentur, diatribis finem imponat: siquidem ita mihi parabitur quies, & me quotidie metiri desinent. Fient, inquam, quæ mandas: simúlque rectà ad ipsum cœlum tendebam, Nulli vbi comparent hominum-ue, boum-ue labores. Etenim paulò pòst ipsa etiam Luna mihi pusilla videbatur: iámque terram obtegebat. Porrò relicto ad dextram sole per ipsas volans stellas, tertio die ad cœlum perueni. Ac primùm mihi vt habebam, ilico videbar ingressurus: nam rebar forè vt fallerem, quòd essem dimidia parte aquila. Porrò sciebam aquilam iam olim esse Ioui familiarem. Postea apud me perpendebam illos quamprimum deprehensuros esse me, altera vulturis ala cinctum. Quapropter optimum ratus, non temerè venire in periculum, fores pulsaui. At Mercurius postquam respôsasset, & nomen sciscitatus esset, festinato abijt, Ioui renuntiaturus. Nec multo pòst introò sum accersitus,

καὶ μετ' ὀλίγον εἰσεκλήθην

παύ δεδιὼς, καὶ τρέμων. καταλαμβάνω τε πάντας ἅμα συγκεχυμένους, καὶ αὐτοὺς ἀφροντίστους. ὑπεταράχθη γὰρ ἡσυχῇ τὸ παρὰ δόξαν μου τῆς ἐπιδημίας. καὶ ὅσον οὐδέπω πάντας ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι προσδόκων, ἅπαντα τρόπον ἐπιφερομένους. ὁ δὲ Ζεὺς, μάλα φοβερῶς δεινόν τε καὶ τιτανῶδες εἰς ἐμὲ ἀπιδὼν, φησὶ, Τίς, πόθεν εἶς ἀθρόων, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; ἐγὼ δ', ὡς τὸ πρῶτον ἤκουσα, μικρᾷ μὲν ἔδεισα πρὸ τοῦ δέος. εἰσῆκειν δ' ὅμως ἀχανὴς, καὶ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος. χρόνῳ δ' ἐμαυτὸν ἀναλαβὼν, ἅπαντα διηγούμην σαφῶς, ἄνωθεν ἀρξάμενος, ὡς ἐπιθυμήσαιμι τὰ μετέωρα σκοπεῖν, ὡς ἦλθοιμι παρὰ τοὺς φιλοσόφους, ὡς ταῦτα λεγόντων ἀκούσαιμι, ὡς ἀπαρρήσαιμι διακωλυθεὶς ὑπὸ τῶν λόγων, εἶτα ἐξῆς τὴν ἐπίνοιαν, καὶ τὰ πτερὰ, καὶ τἆλλα πάντα, μέχρι πρὸς τὸν οὐρανόν. ἐπὶ πᾶσι δὲ προσέθηκα, τὰ ὑπὸ τῆς σελήνης ἐπισκαλεύματα. μειδιάσας δ' οὖν ὁ Ζεὺς, καὶ μικρὸν ἐπανεὶς τῶν ὀφρύων, τί ἂν λέγοις φησὶν Ωτυπέρει, καὶ Ἐφιάλτην, ὅπου καὶ

magnopere paulitans ac tremens. Offendóque Deos pariter considentes, non sine solicitudine. Nonnihil enim ipsos turbabat, nouus & inopinatus aduentus meus: & quod nunquam futurum expectabant, vt omnes homines, ad eundem modum alati aduenirent. Tum Iupiter admodum terribili vultu, toruo & Titanico me obtuens, inquit, Quisnam es, & vnde venis? vbinam vrbs tibi, quiue parentes? Quod cùm audiuissem metu propemodum sum exanimatus. Constiti tamen obstupefactus, præque vocis magnitudine attonitus. Aliquanto pòst ad me reuersus, omnia dilucidè exposui, ab ipso exorsus capite: quemadmodum cupissem sublimia illa cognoscere: & philosophos adijssem, pugnantia loquentes audissem: dictis illorũ distractus desperassem. Deinde meum inuentum, alas, reliquáque omnia, ad ipsum vsque cœlũ. Quibus addidi quæ Luna mandarat. Itaque ridens Iupiter exporrectis aliquãtum supercilijs: Quid dicas, inquit, de Oto, & Ephialto, cũ ausus sit & Menippus in

Μένιππος ἐπήλυσεν ἐς τὸν

ὑμᾶς ἀνιλθεῖν; ἀλλὰ νῦν μὲν
ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν. αὔριον δ'
ἔφη, περὶ ὧν ἥκεις χρηματίσαν-
τες, ἀποπεμψόμεθα. καὶ ἅμα ἐ-
ξαναστὰς, ἐβάδιζεν ἐς τὸ ἐπι-
κοώτατον τῦ οὐρανῦ. κρεὼς γὰρ
ἦν ἐπὶ τ' ζυγῶν καθέζεσθαι. με-
ταξύ τ' θεοῖσιν, ἀνέκρινέ με περὶ
τ' ἐν τῇ γῇ θεαμάτων. τὰ
θεῖα μὲν ἐκεῖνα, πόσου νῦν ὁ
πυρὸς ὅσου ὠνιος ἐπὶ τ' Ελλά-
δος, καὶ εἰ σφόδρα ὑμῶν ὁ πέρυσι
χειμὼν καθίκετο, καὶ εἰ τὰ λάχανα δεῖ πλείονος ἐπιμελείας. μετὰ δ', ἠρώτα, εἴ τις ἐπιλείπει τ' ἀπὸ Φειδίου, καὶ δι' ὃν αἰτίαν ἐλλείπουσιν Ἀθηναῖοι τὰ Διάσια τοσούτων ἐτῶν, καὶ εἰ τὸ ἀλύμπιον αὖθις ἐπιτελέσαι διανοῦνται, καὶ εἰ συνελήφθησαν οἱ τ' ἐν Δωδώνῃ νεὼν σεσυληκότες. ἐνταῦθα δὴ περὶ τούτων ἀπεκρινάμην, εἰπέ μοι Μένιππε ἔφη, περὶ δὲ ἡμῶν οἱ ἄνθρωποι τίνα γνώμην ἔχουσι; τίνα ἔφην διάκονται, ἢ τὸν ζυσεβεστάτους; βασιλέα σε εἶναι πάντων θεῶν. παίζεις ἔλεγεν ἔφη. τὸ δὲ φιλόνεικον αὐτῶν, ἀκριβῶς οἶδα, καὶ μὴ λέγῃς. καὶ γάρ ποτε χρόνος, ὅτε καὶ μάντις ἐδόκουν αὐτοῖς, καὶ ἰατρὸς, καὶ πάντα ὅλως ἦν ἐγώ. μεταξὺ

cœlum ascendero. At te nunc quidem ad hospitium inuitamus. Cras, inquit, super his quorum gratia huc aduenisti, dato responso dimittemus. Simúlque surgēs, ibat ad eam cœli partem, vnde omnia facillimè exaudiebātur. Iam enim tempus erat vt votis audiendis consideret. Atq; interdum me percontabatur super his quę in terris aguntur. Ac primùm quidem illa, quanti ematur triticum in Græcia: & num superior hyems grauiter vos tetigisset: nū etiā copiosiore imbre olera egeant. Postea rogabat superesset-ne aliquis ex Phidiæ genere: & quam ob causam Athenienses Ioualia tot annos intermisissent: & an in animo habeant Olympium suum perficere. & an essent cōprehensi qui Dodonæū templū sacrilegio spoliarunt. Ad ea cū respondissem, Dic mihi, inquit, Menippe, quid de me sentiunt homines? Quid, inquā, Domine, nisi maximè pium? nimirū omniū Deorū, regem esse te. Ludis tu, inquit. Cæterū illorū cōtentionē probè noui, etsi nihil dicas. Fuit enim tēpus quū & vates videbar ipsis, & medicus: deniq; vnus eram omnia. Tum Iouis plenæ erāt & viæ om-

πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. καὶ ἡ Δωδώνη τε, καὶ ἡ Πίσα, λαμπρὰ ἦν, καὶ περίβλεπτοι πᾶσιν ἦσαν. ὥστ' οὐ τὸ καπνὸν τῶν θυσιῶν, οὐδὲ ἀναβλέπειν μοι δυνατόν. ὅ γε δὴ ἐν Δελφοῖς μὲν Ἀπόλλων τὸ μαντεῖον κατεσκέυασατο, ἐν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ τὸ Βενδίδειον ἐγήγετο ἐν Θρᾴκῃ, καὶ τὸ Ἀνουβίδιον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἐν Ἐφέσῳ, ἐπὶ ταῦτα μὲν ἅπαντες θεοῖσι, καὶ πανηγύρεις ἀγάρσιοι, καὶ ἑκατόμβας παρεῖχον. ἐμὲ δὲ, ὥσπερ παρηβηκότα ἱκανῶς τετιμηκέναι νομίζουσιν, αὖ διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσουσιν ἐν Ὀλυμπίᾳ. τοιγαροῦν ψυχροτέρους αὖ μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων, ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν. τοιαῦτ' ἄττα διεξιόντες, ἀφικνούμεθα ἐς τὸ χωρίον, ἔνθα ἔδει αὐτὰ καθεζόμενον, διακῦσαι τῶν ὀπῶν. φυσεῖς δ' ἦσαν ἐξῆς τοῖς στομίοις τῶν φρεάτων ἐοικυῖαι, πώματα ἔχουσαι. καὶ πᾶς ἐκάστη βρόγος ἔκειτο χρυσοῦς. καθίσας οὖν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς πρώτης ὁ Ζεὺς, καὶ ἀφελὼν τὸ πῶμα, παρεῖχε τοῖς ὀμφαίοις ἑαυτόν. ἠύχοντο δὲ

nes, omnésque hominum conciones. Dodona etiam & Pisa splendidæ erant & celebres. Nec præ fumo sacrorum oculos mihi licebat attollere. Verùm posteaquam Apollo Delphis oraculum constituit, Æsculapius medicinæ officinam Pergami, & Bendidium in Thracia est exortum, Anubis templum in Ægypto, Dianæ apud Ephesios, ad ista concurrunt omnes, solennes conuentus celebrant, hecatombas offerunt. Mihi verò tanquam ætate confecto, abundè magnum honorem habuisse se putant, si solido quinquennio sacrificarint in Olympia. Proinde aras meas frigidiores videas, quàm sint vel Platonis leges, vel Chrysippi syllogismi. Talia confabulando, peruenimus eum in locum, vbi ad audienda vota erat consessurus. Erant autem ordine fenestræ, cuiusmodi sunt ora puteorum, habentes opercula. Iuxta vnamquamque posita erat sella aurea: quarum in prima sedens Iupiter, detracto operculo, præbebat sese precantibus. Precabantur autem ex omni vndique terra, diuersa varia-

παντοδαπὰ τῆς γῆς διάφορα,

καὶ ποικίλα. συμπαρεκύλας δὲ καὶ αὐτὸς, ἐπῆκουον ἅμα τῶν ἐυχῶν. ἦ δ' τοιαῦτα. ὦ Ζεῦ, βασιλεῦσαί μοι γένοιτο. ὦ Ζεῦ, τὰ κρόμμυά μοι φῦσαι, καὶ τὰ σκόρδα. ὦ Ζεῦ, τὸν πατέρα μοι ταχέως ἀποθανεῖν. ὁ δέ τις αὖ φαίη, εἴθε γλαυκοτερωμένην τῆς γυναικὸς. εἴθε λάθοιμι ἐπιβουλεύσας τῷ ἀδελφῷ. γένοιτο μοι νικῆσαι τὴν δίκην. στεφθῆναι τὰ ὀλύμπια. τῶν πλεόντων δέ, ὁ μὲν, βορέαν ἤυχετο ἐπιπνεῦσαι. ὁ δὲ, νότον. ὁ δὲ γεωργὸς, ἵτεϊ ὑετόν. ὁ δὲ κναφεὺς, ἥλιον. ἐπακούων δὲ ὁ Ζεὺς, καὶ τὰς εὐχὰς ἑκάστην ἀκριβῶς ἐξετάζων, ἃ πάντα ἐκαίρεῖτο. ἀλλ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δὲ ἀπένευσε. ταῖς μὲν γὰρ δικαίας τῶν εὐχῶν, ἀνεῴγετο αὖθις διὰ τοῦ στομίου, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατετίθει φέρων. τὰς δὲ ἀδίκους, ἀπορήκτοις αὖθις ἐπέπεμπεν ἀποφυσῶν κάτω, ἵνα μὴ δὲ πλησίον γένοιτο τοῦ οὐρανοῦ. ἐπὶ μιᾷ δή τινος εὐχῇ, καὶ ἀπορουῶντα αὐτὸν ἐθεασάμην. δύο γὰρ ἀδελφῶν τἀναντία εὐχομένων, καὶ τὰς ἴσας θυσίας ἐκατομβούντων, οὐκ εἶχεν ὁπότερῳ μᾶλλον ἐπινεύσειεν αὐτῶν. ὥστε δὴ τὸ ἐκκλησιαστὴν ἐκεῖνο ἐπιπόνως,

A

B

C

D

F

que : quæ ipse etiam audiebam auribus pariter admotis. Eáque huiusmodi erant. O Iupiter contingat mihi regnum. O Iupiter, mihi producantur allia & cepæ. O Iupiter, vtinam pater mihi breui moriatur. Alius quoque dicit: Vtinam sim hæres vxoris. Vtinam nemo sciat me struxisse fratri insidias. Contingat mihi litem vincere, Olympia coronari. Porrò nauigantium hic optabat vt flaret boreas, ille vt notus. Agricola pluuiam, fullo solem petebat. At Iupiter audiens, & singula vota diligenter expendens, non pollicebatur omnia. Verùm hoc concessit Saturnius, abnuit illud. Nam iusta vota per os feneſtræ sursum admittebat, admissa ad dextram collocabat. Verùm iniqua flatu deorsum irrita disijciebat, ne ad cœlum accedere possent. At super vno voto ambigentem vidi. Etenim duobus diuersa petentibus, paréſque victimas pollicentibus, nesciebat vtri eorum potiùs annueret. Tum itaque Academicum illud ei accidebat,

χρὰ οὐδέν τι ἀποφήναδαι δυνατὸς ὢν. ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πύρρων, ἐπεῖχεν ἔτι καὶ διεκέιτετο. ἐπεὶ δ' ἱκανῶς ἐχρημάτισε ταῖς εὐχαῖς, ἐπὶ τὴν ἑξῆς μεταβαὶς θρόνον, καὶ τὴν δευτέραν θυείδα, κατακλίνας τοῖς ὄρχοις ἐχόλαζε καὶ τοὺς ὀμνύοντας. χρηματίσας δὲ καὶ τούτοις, καὶ τὸν ἐπικούρειον Ερμόδωρον ἐπιτείλας, μετακαθέζετο ἐπὶ τὴν ἑξῆς θρόνον, κλῆδόνι, καὶ φήμαις, καὶ οἰωνοῖς προσέχων. εἶτ' ἐκείθεν ἐπὶ τὴν τῶν θυσιῶν θυείδα μετῆλθε, δι' ἧς ὁ καπνὸς αἴρων, ἀπήγγελλε τῷ Διὶ τὸ θύοντος ἑκάστου τοὔνομα. ἀποστὰς δὲ τούτων, προσέταττε τοῖς ἀνέμοις, καὶ τίνας ὥρας, ἃ δεῖ ποιεῖν. τήμερον παρὰ Σκύθαις, ὑέτιον. παρὰ Λίβυσιν, ἀστραπήτιον. παρ' Ελλησιν, νιφέτιον. σὺ δὲ βορέα, πνεῦσον ἐν Λυδίᾳ. σὺ δὲ ὁ νότος, ἡσυχίαν ἄγε. ὁ δὲ ζέφυρος, τὸν Ἀδρίαν διακυμαινέτω, καὶ τῆς χαλάζης ὅσον μέδιμνοι χίλιοι διασκεδαδήτωσαν κατὰ Καππαδοκίας. ἀπάντων δὲ ἤδη κεκοσμημένων, ἀπῆμεν ἐς τὸ συμπόσιον. δείπνου γὰρ ἤδη καιρὸς ἦν. καὶ με ὁ Ερμῆς παραλαβὼν, κατέκλινε παρὰ τὸν Πᾶνα

vt nihil ſtatuere poſſet. Verùm Pyrrhonis in morem ſuſpenſus hærebat, & conſiderabat ampliùs. Porrò vbi precantibus ſatis reſpondiſſet, ad proximam digreſſus ſellam, & ad ſecundam feneſtram, iuramentis & iurantibus audiendis vacabat. Quibus cùm reſpondiſſet, & Epicureum Hermodorum contriuiſſet, ad proximam ſellam ſeſe tranſtulit, diuinationibus, rumoribus, & augurijs attentionem adhibiturus. Hinc ad ſacrificiorum feneſtram tranſijt, per quam fumus aſcendens, denuntiabat Ioui nomen vniuſcuiuſque qui rem diuinam faceret. His relictis, ventis & horis mandabat quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgurato, apud Græcos ningito. Tu boreas in Lydia ſpirato, tu note quieſce, zephyrus in Adria tempeſtatem concitet: mille grandinis modij ſuper Cappadocia diſpergantur. Tandem omnibus ferme ordinatis, eum in locum iuimus vbi compotant Dij, quia cœnandi iam erat tempus. Me arreptum Mercurius iuſſit accumbere iuxta Panem

καὶ τὸν Κορύβαντας, καὶ τὸν Ἄττιν, καὶ τὸ Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους, καὶ ἀμφιβόλους θεούς. καὶ ἄρτον μὲν ἡ Δημήτηρ παρῆγε, καὶ ὁ Διόνυσος οἶνον, καὶ ὁ Ἡρακλῆς κρέα, καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ Ποσειδῶν μαλίδας. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀμβροσίας ἠρέμα, καὶ τὸ νέκταρος παρεγευόμην. ὁ γὰρ βέλτιστος Γανυμήδης, ἅτε φιλανθρωπίας, εἴ ποτε ἴδοι με ἀποβλέποντά ποι τὸν Δία, κοτύλιόν μοι, ἢν, καὶ δύο τὸ νέκταρος ἐνέχει μοι φέρων. οἱ δὲ θεοὶ, ὡς Ὅμηρός που λέγει, καὶ αὐτὸς οἶμαι κἀγὼ ἐπεὶ τάχιστα τεθέαμαι, οὔτε σῖτον ἔδουσιν, οὔτε πίνουσιν αἴθοπα οἶνον, ἀλλὰ τὴν ἀμβροσίαν παρατίθενται, καὶ τὸ νέκταρος μεθύουσιν. μᾶλιστα δὲ ἥδονται, ὅταν τύμβροι τῶν θυσιῶν κατίωσιν αὐτῇ κνίσῃ ἀνειλιγμένων. καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν ἱερείων, ὃ τοῖς βωμοῖς οἱ θύοντες περιχέουσιν. ἐν δὲ τῷ δείπνῳ, ὅτε Ἀπόλλων ἐκιθάριζεν, καὶ ὁ Σειληνὸς, κόρδακα ὠρχήσατο, καὶ αἱ Μοῦσαι ἀνεκάπτοντο, τῆς τε Ἡσιόδου Θεογονίας ἦσαν ἡμῖν, καὶ τὴν πρώτην ᾠδὴν τῶν ὕμνων τοῦ Πινδάρου. κἀπειδὴ κόρος ἦν, ἀνεπαυόμεθα ὡς εἶχεν ἕκαστος, ἱκανῶς κατεβεβρεγμένοι.

Corybantas, Attin, & Sabazium, inquilinos istos & ancipites Deos. Interea panem exhibebat Ceres, Bacchus vinum, Hercules carnes, myrtum Venus, Neptunus mænidas: simul etiã ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, quæ eius erat humanitas, siquando Iouem oculos aliquò conuertentem conspexisset, nectaris cyathum vnum, aliquando duos mihi infundebat. Dij autem, vt alicubi Homerus dicit, quinetiam ego, vt qui illud ibi sim conspicatus, neque frumentum edunt, neque nigrantia vina potant, sed ambrosiam apponunt, & nectare inebriantur. Præcipuè verò gaudent vesci sacrificiorum fumo cum ipso nidore subuecto: & sanguine victimarum, quem sacrificantes aris infundunt. Cæterùm inter cœnandum Apollo cithara canebat, Silenus cordacem saltabat, stantes Musæ & Hesiodi Theogonias, & primã hymnorum Pindari odam nobis canebant. Deinde saturi requieuimus, ita vt se quisq; habebat, potu satis vuidi.

ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ αἰὲν ἐόντες
ἱπποκορυστὴ εὗδον παννυχίοι.
ἐμὲ δ' οὐκ εἶχε ὑπνος ἀμύμων.

ἀναλογιζόμενος γὰρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλλον δὲ ἐκεῖνα, πῶς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ὁ Ἀπόλλων οὐ φύει πώγωνα, ἢ πῶς γίνεται νὺξ ἐν οὐρανῷ, τὸ ἡλίου παρεῖντος ἀεὶ, καὶ πιωευωχουμένου. τότε μὲν οὖν μικρόν τι κατεβαρθην. ἕωθεν δὲ διαναστὰς ὁ Ζεὺς, προσέταττε κηρύττειν ἐκκλησίαν. καπειδὴ παρῆσαν ἅπαντες, ἤρχετο λέγειν. τὴν μὲν αἰτίαν τῆ ξυναγαγεῖν ὑμᾶς, ὁ ξεῖνος οὗτος ξένος παρέσχηται. πάλαι δὲ βουλόμενος ὑμῖν κοινώσασθαι περὶ τῶν φιλοσόφων, μάλιστά γε ὑπὸ τῆς σελήνης. καὶ ὧν ἐκείνη μέμφεται προσβαπεὶς, ἔγνων μικρὸν ἐπὶ πλεῖον παρατεῖναι τὴν διάσκεψιν. γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐ πρὸ πολλοῦ τῷ βίῳ ἐπιπολάζον, ἀργὸν, φιλόγυμνον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπολιχνον, ὑπομωρον, τετυφωμένον, ὕβρεως ἀνάπλεων. καὶ ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω, ἐπίκοσμον ἄχθος ἀρούρης. οὗτοι τοίνυν εἰς συσήματα διαιρεθέντες, καὶ διαφόροις λόγων λαβυρίνθοις ἐπινοήσαντες, οἱ μὲν, στωϊκοὶ ὠνομάκασιν.

At reliqui noctem, diuíque hominésque per omnem
Dormiuêre, vnum me non sopor altus habebat. Nam
animo versabam cùm alia permulta, tum illa præcipuè: quî fiat vt tanto tempore barba non nascatur Apollini, aut quî sit nox in cœlo, cùm sol semper adsit, & vnà conuiuium agitet. Ac tumquidem obdormiui paululum. Mane verò excitatus Iupiter, iussit indici concionem. Et cùm omnes conuenissent, sic fari cœpit. Vti vos conuocarem, in causa fuit hospes hic, quj heri aduenit. Verùm cùm alioqui iam olim mihi fuerit animus vobiscum communicandi de philosophis. Maximè verò à luna, hísque de quibus illa conqueritur commotus, statui haud diutius consultationem prorogare. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in vita extare cœpit, iners, contentiosum, gloriæ auidum, iracundum, gulosum, stultum, fastuosum, contumeliosum: & vt Homeri verbis dicam, Telluris inutile pondus. Isti igitur in sectas diuisi, ac varijs rationum labyrinthis excogitatis alij sese Stoicos appellant,

epul-
quam
imo-

οἱ δ', ἀκαδημαϊκοὺς. οἱδὲ, ἐπικουρείους. οἱ δ', περιπατητικούς. καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα τούτων. ἔπειτα δ', ὄνομα σεμνὸν ἡ ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες, καὶ πώγωνας ἐπασπασάμενοι, περιέρχονται ἐπὶ πολὺ χιμάτιον, κατάπυγα ἤδη περισέλλοντες, ἐοικότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριτῆς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ προσωπεῖα, καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολὴν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι γελοῖον, ἀνθρώπιον ἐπὶ δεκαχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον. τοιοῦτοι δ' ὄντες, ἀνθρώπων μὲν ἁπάντων καταφρονοῦσι. περὶ θεῶν δ', ἀλλόκοτα διεξέρχονται. καὶ σωφρονοῦντες ἐνεξαπατῶσι μειράκια, πολὺ τὸ πολυθρύλλητον ἀρετὴν τραγῳδοῦσι, καὶ τοὺς τῶ λόγων ἀποείας ἐκδιδάσκουσι. καὶ προὶς μὲν τοὺς μαθητὰς, καρτερίαν ἀεὶ, καὶ σωφροσύνην ἐπαινοῦσι, καὶ πλοῦτε, καὶ ἡδονῆς καταφρονοῦσι. μόνοι δ' καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, τί ἂν λέγοι τις, ὅσα μὲ ἐδίεσιν, ὅσα δ', ἀφροδισιάζουσιν, ὅπως δ' πλεονεκτοῦσι τῶν ὀβολῶν τὸ ῥυπόν. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲν αὐτοὶ μήτε κοινὸν, μήτε ἴδιον

alij Academicos, alij Epicureos, alij Peripateticos, alijs item vocabulis, his multò magis ridiculis. Deinde cùm illud virtutis nomen venerandum induerint, A tum adductis in altum supercilijs, promissáq; barba, fucato habitu obambulant, detestandos mores secum circunferentes, simillimi iftis tragœdiarum actoribus: B quibus si personas, stolámq; illam auro sparsam detraxeris, reliquum est ridiculum, nempe homunculus septem denarijs ad agonem conductus. Atqui huiusmodi cùm sint, omnes quidem homines aspernantur: de Dijs verò absurda prædicant: coactisque adolescentulis deceptu facilibus, nobilem illam virtutem ostentant, & D verborum ambiguitates docent: atque apud discipulos temperãtiam semper ac modestiam laudant, opes & voluptatem respuunt. Cæterũ quum soli apud se sunt, E quid attinet dicere, quantum comedant, quantum Veneri indulgeant, vt sordes obolorum oblingant? Et hoc omnium est grauissimum, quod cùm ipsi nihil agant, neque publicum,

ὀπτελεῦντες, ἀλλ' ἀχρεῖοι, καὶ περιττοὶ καθεζῶντες, ὅτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναείθμιοι, ἢ ἐπὶ βελῆ, ὅμως τῶν ἄλλων καταγελῶσι· καὶ λόγοις πικροῖς συμφορήσαντες, καὶ λοιδορίας τινὰς ἐμμελετήκοτες, ὀπτιμῶσι, καὶ λοιδοροῦσι τοῖς πλησίον. καὶ οὗτος αὐτῶν τὰ πρῶτα φέρεσθαι δοκεῖ, ὃς ἂν μεγαλοφωνότατός τε ᾖ, καὶ ἰταμώτατος, καὶ πρὸς ταῖς βλασφημίαις θρασύτατος. κἀκεῖνος ἢ διατεινόμενον αὐτῶν, καὶ βοῶντα, καὶ καταγελῶντα τῶν ἄλλων, ἰδὼν ἔρη. σὺ δὴ τί φρονῶν τυγχάνεις; ἢ τί φῶμεν πρὸς θεῶν σε πρὸς τὸν βίον συντελεῖν; φαίη ἄν, εἰ τὰ δίκαια, καὶ ἀληθῆ θέλοι λέγειν. ὅτι πλεῖν μοι, ἢ γεωργεῖν, ἢ στρατεύεσθαι, ἢ τινα τέχνην μετέναι, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. κέκραγα δή, καὶ ἀυχμῶ, καὶ ψυχρολουτῶ, καὶ αὐτοδόητος τὸν χειμῶνος περιέρχομαι. καὶ ὥσπερ ὁ Μῶμος, τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γιγνόμενα, δυσκολαίνω. καὶ εἰ μή τις ὠφώνησε τῶν πλουσίων πολυτελῶς, ἢ ἑταίρων ἔχει, τοῦτο πολυπραγμονῶ, καὶ ἀγανακτῶ. εἰ δὲ τῶν φίλων τις, ἢ ἑταίρων καταλέγεται γοᾶν ὑπουσίας τε, καὶ θεραπείας δεόμενος,

neque priuatum, sed inutiles & superuacanei desideant, nusquam in consilijs nusquam numerentur in armis, alios tamen accusant: congestisque dictis amarulentis, & excogitatis conuitijs, obiurgant, & proximis conuitiantur. Et hic inter eos primas partes ferre videtur, qui sit clamosissimus, impudentissimus, & ad maledicendum audaciissimus. Quòd si hunc vehementer clamantem, aliósque incusantem roges: Tu verò quid facis? aut quid per Deos dicemus te ad vitam conferre? Respondebit, si modò recta, veráque fateri volet: Nauigare, aut agros colere, aut militare, aut attem aliquam aggredi, superuacaneum mihi videtur. Verùm clamo, squaleo, frigida lauo, & sine soleis hyeme obambulo: ac veluti Momus ille, quæ ab alijs geruntur, calumnior. Aut siquis diuitum sumptuosiùs obsonarit, aut amicam habeat, id exquiro, & indignor. Quòd si amicorum, aut sodalium quispiam morbo decumbat, curáque & obsequio egeat,

ἀγνοῶ. τοιαῦτα μὲν ὄζιν ἡμῖν ὦ θεοὶ ταῦτα τὰ θρέμματα. οἱ δὲ δὴ ὀπκούρφοι αὐτῶν λεγόμενοι, μάλα δὴ κ) ὑβρισταί εἰσι, καὶ ἡμετέρων ἡμῶν καθάπτονται, μήτε ὀπμελεῖδς τ' ἀνθρωπίνων λέγοντες τὸν θεοὺς, μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ὀπσκοπεῖν. ὥστε ὥρα ὑμῖν λογίζεδαι. διόπ ἰὼ ἅπαξ οὕτοι σωφρονίσατε τὸν βίον ἀνωνδῶσιν, οὐ μετρίως πεινήσετε. τίς γὰρ ἂν ἔτι δύσειεν ὑμῖν, σλέον οὐδὲν ἕξειν σφσδόκων; ἀ μὲν γὰρ ἡ σελλήνη αἰτᾶται, πάντες ἠκούσατε τὸ ξένου χθὲς διηρωτῶμου. σφὸς ταῦτα, βσλεύεδε, ἃ καὶ τοῖς ἀνθρώποις χρήσιτ' ἂν ὠφελιμώτατα, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέσατα. εἰπόντος ταῦτα τοῦ Διὸς, ἡ ἐκκλησία διετεθρύλλητο. καὶ ἐυθὺς ἐβόων ἅπαντες, κερματίσσον, κατάρλεξον, ὀπτερόφον, ἐς τὸ βάραθρον, ἐς τὸν τάρταρον, ὡς τοὺς γίγαντας. ἡσυχίαν ἦ ὁ Ζεὺς αὖθις παραγγείλας, ἔσκ τοῦτα ὡς βούλεδε ἔφη. καὶ πάντες ὀπτερόφονται αὐτῇ διαλεκτικῇ. σλὴν τό γε νῦν εἶναι, οὐ θέμις κολαδῶσί τινα. ἱερομηνία γάρ ὄζιν ὡς ἴσε, μηνῶν τούτων τεσσάρων. κ) ἤδη τὴν ἐκεχειρίαν ἐπαγγελάμενοι,

id ignoro. Huiusmodi alumnos habemus ô Dij. Iam verò qui ex his vocantur Epicurei, sunt & valdè contumelioſi, & nos non mediocriter lædunt, affirmantes neque curæ Dijs esse res mortalium, neque omnino quæ agantur, considerari. Quapropter tempus est vt de his consultemus. Nam si semel hoc persuaserint ijs qui sunt in viuis, non mediocriter furietis. Quis enim posthac vobis rem diuinam faciat, cùm nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus hos accuſet Luna, omnes audistis heri narrantem hoſpitem. Super his consultate, quæ sint hominibus vtiliſſima, vobíſque tutiſſima. Cùm hæc dixisset Iupiter, frequens adfremebat concio: mox clamarunt omnes, effulmina, exure, cõminue: in barathrum, in tartarum, vt gigantes. At Iupiter rursum indicto silentio, fient ista, inquit, vt vultis. Omnes ipsa cum dialectica comminuentur. Quanquam in præsentia fas non est punire quẽquam. Est enim Hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses: iãque inducias promulgaui.

τὴν ἐκεχειρίαν ἐπαγγελάμενοι,

ἐς νέωτα οὖν ἀρχομένῳ ἦρος, καὶ οἱ κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται τῷ περιβαλέῳ κεραυνῷ. ἦ, καὶ ἀνένευσεν ἐπ' ὀφρύσι νεύσε Κρονίων. περὶ δὲ Μενίππου, ταῦτα ἔφη μοι δοκεῖ. περιαιρεθέντα αὐτὸν τὰ πλεῖστα, ἵνα μὴ καὶ αὖθις ἔλθῃ ποτὲ, νῦν τὸ Ἑρμῆ ἐς τὴν γῆν καταπεμφθῆναι ἡμέρων. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα εἰπὼν, διέλυσε τὸ σύλλογον. ἐμὲ δὲ ὁ Κυλλήνιος τῇ δεξιᾷ ὦτος ἀποκρεμάσας, περὶ ἑτέραν χεῖρα κατέθηκε φέρων ἐς τὸ Κεραμεικόν. Ἅπαντα ἀκήκοας, ἅπαντα δὲ ἑτοίμα τὰ ἐξ οὐρανοῦ. ἄπειμι τοίνυν καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν φιλοσόφων, αὐτὰ ταῦτα εὐαγγελιούμενος.

Quare proximo anno, ineunte vere mali malè perdentur formidando fulmine. Sic ait, atque supercilijs pater annuit atris. Cæterùm de Menippo, hæc mihi videntur, inquit: vt ademptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimisit cœtum. Me verò Cyllenius dextra aure suspensum, heri sub vesperam in Ceramico deposuit. Audiuisti omnia, omnia inquam amice, quæ è cœlo mecum adfero. Quocirca iam abeo eadem hæc renuntiaturus philosophis in Pœcila inambulantibus.

ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΟΣ, Η ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ.

BIS ACCVSATVS, SEV FORA.

ARGVMENTVM.

Hic Dialogus contra Philosophos nominatim institutus Fora vocatur. Etenim introducitur Ebrietas litem Academiæ intendens ob dimotum à se Polemonem, Stoa Voluptati, quòd Dionysius Heracliensis à se ad Epicureos transfugisset, Virtus Mollitiei, quòd Aristippus neglecta Socratis doctrina quam hauserat, à se ad Voluptatem, quam finem bonorum asserebat, transuolasset. Mensaria Diogeni Cynico, quòd se relicta philosophari cœpisset. Pictoriæ Pyrrhoni, eadem de causa. Denique Rhetorica & Dialogus Luciano: illa, quòd ad Dialogum sese qua multum nobilitatus fuerat,

deserta transfuisset. Athic, quòd relicto veteri suo charactere; ioco-sa argumenta contra Platonis exemplum tractaret. Cæterùm videtur author duo ostendere voluisse. Vnum, quàm malùm à principijs plerique ad professionem Philosophiæ prosilierint, cùm Polemon ex ebrioso Academicus, Diogenes ex impostore Cynicus euaserit: quàm viles etiam homines ad philosophandum se contulerint. Alterum suorum studiorum & instituti rationem: quod & in Prometheo fecit.

Λλ' ὀπτεύειν ὁπόσοι τῶν φιλοσόφων παρὰ μόνοις τοῖς ἐυδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς. εἰ γοῦν ἤδεσαν ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἔνεκα πάσχομεν, ἐκ ἂν ἡμᾶς τὸ νέκταρος, ἢ τ' ἀμβροσίας ἐμακάριζον, Ομήρῳ πιστεύοντες ἀνδρὶ τυφλῷ, καὶ γόητι, μάκαρας καλοῦντι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ δημιουργῷ, ὃς οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ καθορᾶν ἐθέλει. αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ ζευξάμενος τὸ ἅρμα, παννύχιος τ' οὐρανὸν περιπολεῖ, πῦρ ἐνδεδυκὼς, καὶ τ' ἀκτῖνας ἀποσείλβων, οὐδὲ ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς φασι, χρόνου ἄγων. ἢν γάρ τι καὶ ὀλίγον ἐπῤῥαθυμήσας λάθῃ, ἀφνιάσαντες οἱ ἵπποι, καὶ τῆς ὁδοῦ παρεξαποθέοντες, κατέφλεξαν τὰ πάντα. ἡ σελήνη δ', ἔγρυπνος καὶ αὐτὴ περιέρχεται,

Τ malè pereãt quicunq; philosophorum apud solos Deos fœlicitatem esse dicunt. Nam si nossent, quàm multa nos hominum causã patiamur, haudquaquã nos ob nectar, aut ambrosiam beatos prædicarent, Homero videlicet credentes homini cæco & præstigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipse ne illa quidem quæ in terris fiunt, aspicere potuerit. Primùm quidem Sol hic iuncto curru, totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & radijs resplendens, ne tantum quidem otij habens, quantum ad scalpendam aurem, ceu dici solet, sufficiat. Nam si vel paululum cessaret imprudens, contumaces equi, à via deflectentes, omnia incenderent. Luna autẽ insomnis & ipsa circumit,

lun-

φαίνουσι τοῖς κωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀφεὶ ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπανιοῦσι. ὁ Ἀπόλλων τε αὖ, πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπανελόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφωται πρὸς τῶν ἐνοχλούντων κατὰ χρείαν τῆς μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲν, αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀναχωρῆσαι εἶναι. μετ' ὀλίγον δ', εἰς Κολοφῶνα δεῖ. κἀκεῖθεν, εἰς Ξάνθον μεταβαίνει. καὶ δεσμαῖος αὖθις εἰς τὴν Κλάρον. εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας. καὶ ὅλως, ἔνθα ἂν ἡ θεσπιῳδὸς πίῃ τὸ ἱερὸν νᾶμα τοῦ, καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης, καὶ τὸ τρίποδα διασεισαμένη, κελεύῃ παρεῖναι, ἀσμενον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεῖναι τὸν χρησμοὺς, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν ἡ τέχνης. ἐῶ γὰρ λέγειν ὁπόσοι ἐπὶ πείρᾳ τῆς μαντικῆς ἐπιτεχῶσιν αὐτῷ ἀργύρια χρέα, καὶ χελώνας ἐς τὸ αὐτὸ ἕψοντες. ὥστε εἰ μὴ τὴν ῥῖνα ὀξὺς ἦν, καὶ ἀπῆλθεν αὐτῷ ὁ Λυδὸς καταγελάσας. ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς, ἰᾶτο τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος, ὀρῇ τε δεινὰ στυγανὰ τε ἀνθρώπων, ἐπ' ἀλλοτρίοις τε συμφοραῖς, ἰδίας καρπεῖται λύπας. τί γὰρ

lumen exhibent ijs qui comessationibus indulgent, quique præter tempus à cœnis domum redeunt. Quinetiam Apollo negotiosam artem exercens, parum abest quin obsurdescat auribus, adeò importuni sunt qui oracula efflagitant. Ac nunc quidem illi in Delphis esse necesse est: paulò A post Colophonem cursu petit: inde & Xanthum transit: postea Clarum currendo contendis: deinde Delum, aut Branchidas. Denique quocunque vates sacrum laticem pota, commanducata lauro, & tripode concusso, venire iubet, impigrum protinus assistere B oportet, oracula connectentem, aut alioqui artis gloria ipsi intercideret. Omitto dicere quàm multa experiendæ artis & vaticiniorum causa machinentur ipsi, quum agninas carnes, testudinésque in eodem vase coquunt: adeò vt nisi æri C odoratu valeret, eo deriso Lydus ille abijsset. Nam & Æsculapius cùm ab ægrotantibus vexetur, & tuetur graue, & tractat iniucunda, alienísque ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid

αὖ, εἰ τοὺς ἀνέμους φυτουργοῦντας λέγοιμι, καὶ παραπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς λιμνῶσιν ὑπηνέοντας; ἢ τὸ ὕπνου ἐπὶ πάντας ποιοῦμαι; ἢ τὸν ὄνειρον μὴ τῷ ὕπνου διαυκτερεύοντα, καὶ ὑποφητεύοντα αὐτῷ; πάντα γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ ποιοῦσι, καὶ παρὸς τὸ ἐπὶ τῆς γῆς βίον ἐκάστοις συντελοῦσι. καίτοι τὰ μὲν τῶν ἄλλων, μέτρια. ἐγὼ δ' αὐτὸς ὁ πάντων βασιλεὺς, καὶ πατὴρ, ὅσας μὲν ἀνδρίας ἀνέχομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω περὶ τοῦ σώματος φροντίδας διηρημένος; ᾧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, ὁπόσοι τι ἡμῶν συμπαραπέμποισι τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ βλακεύωσιν ἐπ' αὐτοῖς. ἔπειτα δὲ καὶ αὐτῷ μυρία ἅπτα πρόσεστιν, καὶ χρὴ οὐ γὰρ μόνον τὰ κεφάλαια ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετὸν, καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα, καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομήσας μόνος, καὶ διατάξας, πέπαυμαι τῶν ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος, ἀλλά με δεῖ καὶ ταῦτα μὴ ποιεῖν, ἀποβλέπειν δὲ καὶ τὰ

si ventos dicam, qui plantas fouent, nauigia deducunt, & frumenta ventilantibus affiant? Aut somnum qui ad omnes deuolat? aut insomnium quod cum somno pernoctat, eiúsque velut interpretem se gerit? Omnia enim hæc, quæ ipsorum est humanitas, operantur Dij, & ad vitam in terris agendam vnicuique cõtribunt. At mediocria quidem sunt cæterorum negotia. Ego verò ipse, omnium ille rex, ac pater, quàm multas molestias sustineo? quàm multa negotia habeo, tot tantísque curis distractus? Cui primùm quidem necesse est, cæterorum Deorum opera inspicere, quicunque aliquid in administrando imperio nobiscum agunt, ne ad res obeundas torpescant: deinde innumerabilia mihi sunt agenda, quæ vix præ tenuitate assequi queam. Non enim solùm generalibus illis meæ administrationis, pluuijs videlicet, grãdinibus, ventis, & fulguribus administratis, ceu curarum parte subleuato, quiescere mihi licet: sed oportet me & hæc facere, & eodem tempore vndique aspicere,

αὐτὸν χρόνον ἅπαντα χόσε,

καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν, ὥσπερ
τὸν ἐν τῇ Νεμέᾳ βυκόλον,
τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπορ-
κοῦντας, τοὺς θύοντας. εἴ τις ἔ-
πτεισε. πόθεν ἡ κνίσσα, ἢ ὁ κα- A
πνὸς ἀέρχεται. τίς νοσῶν, ἢ
πολέων ἐκάλεσε. καὶ τὸ πάντων
ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν
ἔν τε Ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ
παρεῖναι, καὶ ἐν Βαβυλῶνι B
τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν,
καὶ ἐν Γέταις χαλαζᾶν,
καὶ ἐν Αἰθίοψιν ὑνωχεῖσθαι.
τὸ δὲ μεμψίμοιρον, οὐδὲ οὕ-
τω διαφυγεῖν ῥᾴδιον, ἀλλὰ
πολλάκις, οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, C
καὶ ἀέρες ἐπικοιμῶνται, ἕυδουσι
παμύχιοι. ὁ Δία δὲ ἐμέ, οὐκ
ἔχει ὑπνος ὕπνος. εἰ γάρ που
καὶ μικρὸν ἐπινυστάξομεν, ἀλλ-
ὴν ὑὺς ὁ Ἐπίκουρος, ἀ-
φροντίστους ἡμᾶς ἀποφαίνων
τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ
ὃ κίνδυνος οὐκ ὑποταφέ- D
γυντος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι
πιστεύσουσιν αὐτῷ. ἀλλ' ἀσεφά-
ντοις μὲν ἡμῖν οἱ ναοὶ ἔσονται,
ἀκρίθυτοι δὲ αἱ ἀγυιαὶ, ἄπυρ-
βοι δὲ οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ
οἱ βωμοί. καὶ ὅλως, ἄθυτα, καὶ
ἀκαλλιέρητα, καὶ ὁ λιμὸς πο-
λιός. τοιγαροῦν, ὥσπερ οἱ κυβερ- E
νῆται, ὑψηλὸς μόνος ἐπὶ τῆ

omniáque contemplari: non
secus ac illum in Nemea bu-
bulcum, furantes, peierãtes,
sacrificantes, siquis libauit,
vnde nidor ac fumus ascen-
dat: quis ægrotans, aut na-
uigans inuocarit. Quódque
omnium est operosissimum,
vno eodémque tempore in
Olympia hecatombæ inter-
esse, in Babylone belligeran-
tes intueri, apud Getas grã-
dinare, apud Æthiopas coniuari. At ne sic quidem que-
relas euitare facile est: sed
sæpenumero, cæteríque Dij,
& homines galeati, totam
noctem dormiunt: me verò
Iouem placidus sopor haud
tenet vnquam. Si enim vel
paululum nictauerimus, ve-
rax ilico Epicurus iste est,
qui nulla prouidentia, quæ
in terris geruntur, prospi-
cere nos affirmat. Atque
hoc periculum haudquaquã
contemnendum, si homines
hæc dicenti credant. Sed
templa coronis carebunt,
sine nidore erunt plateæ,
sine libamentis crateres, fri-
gidæque passim aræ, denique
sine sacrificijs, at victimis
omnia, multáque fames fu-
tura. Proindè veluti nauium
gubernatores, sublimis solus
in puppi stare soleo, clauum

ἔχων ὁ τῶν χρεῶν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ὑπβάττει, μεθύουσι. καὶ εἰ τύχοι, ἐγκαθεύδουσιν. ἐγὼ δ', ἀγρυπνος, καὶ ἄσιτος ὑπὲρ ἁπάντων μεριμνίζω κατὰ φρένα, καὶ κατὰ θυμὸν, μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι δοκεῖν τετιμημένος. ὥστε ἥδιστ' ἂν ἐροίμην τὸν φιλόσοφους, οἳ μόνους τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι μακαρίζουσι, ποτὲ καὶ χαλάζειν ἡμᾶς τῷ νέκταρι, καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι. μυρία ὅσα ἔχοντας πράγματα. ἰδοὺ γοῦν ὑπὲρ ἀσχολίας, τοσαύτας ἑώλους δίκης φυλάττομεν ἀποκειμένας, ὑπ' ἐνιαυτῶν ἤδη καὶ ἀρχαίων διεφθαρμένας. καὶ μάλιστα ὁπόταν τοῖς σοφισταῖς, καὶ τέχναις πρὸς ἀνθρώπους τινὰς συνιῶσι, παῦ παλαιὰς ὄντας ἁπάντων. οἱ δὲ, κεκράγασιν ἁπανταχόθεν, καὶ ἀγανακτοῦσι; καὶ τῶν δίκων ὑπβοῶνται, καὶ τῆς βραδυτῆτος αἰτιῶνται, ἀγνοοῦντες ὡς ὐκ ὀλιγωρίᾳ ταῖς κείσεις ὑπερημέρους συνέβη γενέσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς εὐδαιμονίας, ἣ πωλεῖναι ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσι. τοῦτο γὰρ τὴν ἀσχολίαν καλοῦσι. Ερ. καὶ τοῦτος ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα

præ manibus habens: vectores autem alij inebriantur, & si fors ita ferat, indormiunt. Ego verò insomnis ac ieiunus pro omnibus animo & mente sum solicitus, eo nomine tantùm honoratus, quòd videor esse dominus. Quare lubeter philosophos istos interrogarim, qui solos Deos beatos prædicant: quando tandem & nectari vacare nos, & ambrosiæ putarent, adeò innumeris implicatos negotijs. Eccè enim præ continuis occupationibus tot controuersias intus repositas iam olim seruamus, situ, araneisque iam propè corruptas: præcipuè eas, quas scientiæ atque artes aduersus quosdam homines habent admodum antiquas illarum nonnullas. Illi verò vociferantur vndique & indignantur, ac iustitiam inclamant, méque tarditatis accusant: nescij non negligentia differri vltra diem legitimum hæc iudicia, sed ob fœlicitatem illam in qua nos versari putant. Hoc enim nomine perpetuas occupationes vocant. *Mercurius.* Ipse etiam Iupiter, multa huiusmodi grauiter ferentes audiens, dicere

ἀκούων δυσχεραινόντων, λέγειν

πρὸς σὲ ἂν ἐτόλμων. ἐπεὶ δὲ σὺ περὶ τούτων τὸν λόγον ἐνέβαλες, καὶ δὴ λέγω. πάνυ ἀγανακτοῦσιν ὦ πάτερ, καὶ φθονοῦσι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν μὲν οὐ τολμῶσι λέγειν, κατορθρίζουσι δὲ συγκεκυφότες, αἰτιώμενοι τὸν χρόνον. οὓς ἔδει πάλαι τὰ καθ' αὑτοὺς εἰδότας, στέγειν ἕκαστον τοῖς δεδικασμένοις. Ζ. τί οὖν ὦ Ἑρμῆ δοκεῖ; προπυθώμεθα αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ θέλεις εἰς νέωτα παραγγέλλωμεν; Ερ. οὐδαμῶς. ἀλλὰ ἤδη προπυθώμεθα. Ζ. ἴτω ποίει. σὺ μὲν κήρυττε κατακλάομος, ὅτι ἀγορὰ δικῶν ὅση κ' τάδε. πᾶσιν ὅσοισι τὰς χεῖρας ἀπενηνόχασιν, ἥκειν τήμερον εἰς Ἄρειον πάγον. ἐκεῖ γὰρ τῷ μὲν δίκῃ ἀπονεμοῦσι ἀρίστη τὰ δικαστήρια κατὰ τὸν λόγον τῶν πεμπτῶν ἀπάντων Ἀθηναίων. εἰ δέ τις ἄδικον οἴοιτο γεγωνῆσθαι τῷ κείσιν, ἔξεστιν ἐρέσθαι ἐπ' ἐμὲ, δικάζεσθαι ἔξω παρῆς, ὡς εἰ μηδὲ τοπαράπαν ἐδεδικάκει. σὺ γὰρ ὦ θύγατερ, καθέζουμην παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποκλῆρου τὰς δίκας, καὶ σκόπει τοὺς δικάζοντας. Δι. αὖθις ἐς τῷ γλῶ, ἵν' ἔξελαυνομένη πρὸς ὧν

tibi non audebam: at siquidem de his mentionem fecisti, eloquar sanè. Valdè indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, nec palam audent profiteri, sed apud se submurmurant inclinati, tempus accusantes: quos tamen conueniebat iam olim proprijs viribus cognitis, rebus iudicatis acquiescere. *Iup.* Quid igitur tibi videtur Mercuri? statim-ne illis forum constituemus? an mauis vt in proximum annum illis diem dicamus? *Merc.* Nequaquam sed iam agendi copiam faciamus. *Iup.* Ita fac. Tu quidem deuolans proclama, quòd iudiciale forum hoc pacto cõstituetur. Quotquot diem dixerunt, hodie in Areopagum veniant: ibi iustitia forte distribuet iuris actiones pro ratione classium ex omnibus Athenienſibus. Quòd ſiquis iniquũ iudiciũ crediderit eſſe latum, licebit ad me prouocanti denuo iudicium experiri perinde ac ſi ſententia prorſum lata non fuiſſet. Tu verò filia Deabus venerandis aſſidens, actiones ſorte diſtribue, & inſpice iudicantes. *Iuſtitia.* Iterum ne in terram, vt electa ab

πῶν δεμπτεύω πάλιν ἐπὶ τὸ βίου, τὴν ἀδικίαν ὀπιγελῶσαν οὐ φέρουσα; Z. χρηστὰ ἐλπίζειν γε δεῖ. πάντως γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτὸν οἱ φιλόσοφοι σὺ τῆς ἀδικίας μεταμῆν, καὶ μάλιστα ὁ τὸ Σωφρονίσκου τὸ δίκαιον ἐπαινέσας, καὶ ἀγαθῶν τὸ μέγιστον ἀποφήνας. Δι. παύσομαι ὧν φὴς αὐτὸ ἐκεῖνον ὤφελον οἱ περὶ ἐμὲ λόγοι. ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσών, ὅπου ἄθλιος τὸ κωνεῖον, μὴ ἢ ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς. παρὰ τοσοῦτον ἐπῆρεν οἱ κατήγοροι ταῦτα περὶ τῆς ἀδικίας φιλοσοφοῦντες. Z. ξένα ἔπ τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἦν τότε. καὶ ἀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες. ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ανυτον καὶ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια. τὸ γὰρ εἶναι οὐχ ὁρᾷς ὅσοι πείβωνες, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι, καὶ ἁπανταχῆ πώγωνα βαθὺς, καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ πάντες ἐπὶ σοῦ φιλοσοφοῦσι; μεσοῦ δὲ οἱ πείπατοι κατὰ ἴλας, καὶ φάλαγγας, ἀλλήλοις ἀπαντώντων.

illis, denuo fugitiua è vita abeam, vbi iniustitiam irridentem ferre non potero? *Iup.* Bene sperandum. Iam enim omnino persuaserunt ipsis Philosophi, vt te iniustitiæ anteponant: præsertim filius ille Sophronisci, qui quod iustum est summopere laudauit, idque bonorum maximum declarauit *Iust.* Scilicet ei quem dicis, valdè profuerunt habiti de me sermones, qui vndecim viris traditus, & in carcerem coniectus, cicutam miser biberit, ne gallo quidem Æsculapio persoluto: tantum præualuerunt accusatores, contraria de iustitia philosophantes. *Iup.* Noua adhuc plerisque tunc erat philosophia, paucique etiamdum philosophabãtur. Quare non abs re ad Anytum & Melitum iudices tũ inclinabant. At tunc an non vides quantum vbique palliorum, baculorum, perarum? vt vbique promissa barba, libellus in sinistra, omnésque pro te philosophantur? Plena autem & ambulacra turmatim atque gregatim mutuo sibi obuiam euntium: nemóque prorsum est qui non virtutis

καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ βόσφιμος

ἢ ἀρετῆς εἶναι δοκεῖν βούλεται.
πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες, ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν αἴξαντες, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ αὐθυπόπτιον ἐπηρκάντες, αὐτοχάδοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων, ἢ τεκτόνων περιέρχονται, σὲ καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες. ὥστε κἂν τὴν παροιμίαν, δάκτυον αὖ τις ἐν πλοίῳ πεσὸν διαμαρτοι ξύλου, ἢ ἔνθα αὖ ἀπιδὴν ὁ ὀφθαλμὸς, ἀποφήσει φιλοσόφου. Δι. καὶ μὴν οὗτοί με ὦ Ζεῦ δεδίπασιν, πρὸς ἀλλήλους εἰρίζοντες, καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐν αὐτοῖς, οἷς πρὸ ἐμοῦ διεξέρχονται. φασὶ γὰρ καὶ τὴν πλησίον αὐτῶν, ἐν μὲν τοῖς λόγοις, σεμνοποιεῖσθαί με. ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων, μὴ δὲ τοπαράπαν ἐς τὴν οἰκίαν παραδέχεσθαι, ἀλλὰ δήλους εἶναι ἀποκλείσοντας, μὴ ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ἐπὶ τὰς θύρας. πάλαι γὰρ τὴν ἀδικίαν περιπεξενῶσθαι αὐτοῖς. Ζ. οὐ πάντες ὦ θύγατερ μοχθηροί εἰσιν. ἱκανὸν γὰρ ἐνίοις πισὶ χρηστοῖς ἐντύχῃς· ἀπίτω δή, ὡς καὶ ὀλίγαι ἡμέραι ἐνδικάσωσιν.

Ερ. ἀπίωμεν ὦ Δίκη ἐνθὺ τοῦ Σουνίου, μικρὸν ὑπὸ

alumnus videri cupiat. Nam multi relictis artibus, quas antè exercebant, ad peram profilientes, & pallium, corpúsque ad solem Æthiopico colore inficientes, philosophi extemporales, ex coriarijs vel fabris prodeuntes obambulant, tèque ac tuam virtutem collaudant, vt iuxta prouerbium, Citiùs aliquis in naui cadens ligno destituatur, quàm quocunque aspexerit oculus, philosophum desideret. *Iust.* At verò, Iupiter, hi me territant, dum inter se altercantur, & improbè se gerunt in ijs ipsis quæ de me commemorant. Aiunt & plurimos eorum, sermonibus quidem simulare me: at re ipsa ne in ædes quidem admittere, sed præ se ferre quod excluſuri me sint, si vnquam ad fores ipsorum accessero, à quibus iniustitia olim hospitio est excepta. *Iup.* Non omnes, filia, sunt flagitiosi. Satisque est si paucos nanciscare probos. Verùm abite iam, vt vel paucæ aliquæ actiones hodie finiantur. *Merc.* Abeamus Iustitia, rectà versus Sunium, paululum sub

τὸν Ὑμηττὸν ὅτι τὰ λαιὰ τῆς Παρνηθὸς, ἔνθα αἱ δύο ἐκτρέπεται ἄκραι. σὺ γὰρ ἔοικας ἐκλελῆσθαι πάλαι τὴν ὁδόν. ἀλλὰ τί δακρύεις, καὶ ὀκνιάζεις; μὴ δείδιθι. οὐκ ἔστ' ὅμοια τὰ ἐν τῷ βίῳ. τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ σκειρωνες, καὶ πιτυοκάμπαι, καὶ βουσίριδες, καὶ φαλάριδες, οὓς ἐδεδίεις τότε. νυνὶ δὲ, σοφία, καὶ ἀκαδημία, καὶ στοὰ, κατέχουσι πάντα, καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι, καὶ περὶ σοῦ διαλέγονται, μεχρηνότες εἰ πρόσω ὃς αὐτὸν καταπλοῖον πάλιν. Δι. σὺ γοῦν μοι τάλησθὲς ὦ Ἑρμῆ ἂν εἴποις μόνος, ἅτε συνὼν αὐτοῖς πολλὰ, καὶ συνδιατρίβων, ἔν τε γυμνασίοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. καὶ ἀγοραῖός γε εἶ, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κυρόπεις, ὁποῖοι γεγόνασι. καὶ εἰ δυνατὴ μοι παρ' αὐτοῖς ἡ μονή. Ερ. νὴ Δία ἀδελφὴ γὰρ ἂν, σοὶ ἀδελφῶν σε οὖσαν μὴ λέγων. οὐκ ὀλίγα γὰρ τῆς φιλοσοφίας ὠφέλησται οἱ πολλοὶ αὐτῶν. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, αἰδοῖ γοῦν τὸ σχῆματος, μετριώτερα διαμαρτάνουσι. πλὴν ἀλλὰ καὶ μοχθηρῆς τινὸς ἐντύχῃ αὐτῷ, χρὴ γὰρ οἶμαι τάλησθὲ λέγειν,

Hymetto ad sinistram Parnethis deflectentes, vbi duo illi vertices. Tu enim videris iam olim esse oblita viæ istius. Sed quid fles, & lamentaris? ne metuas. Non ampliùs ita se habent res humanæ: mortui sunt omnes illi Scirones, Pityocamptæ, Busirides, & Phalarides, quos tunc pertimescebas. Nunc Sapientia, Academia, Stoáque tenent omnia, & vbique te quærunt, & de te disputant, hiantes & expectantes sicunde ad ipsos iterum deuoles. *Iup.* Proinde, Mercuri, tu solus verum mihi possis dicere, (vt pote qui cum ipsis degas plerumque & conuerseris cùm in gymnasiis, tum in concione. Nam tu es forensis, & in concionibus præconem agis) quales sint: & num apud ipsos commorari queam. *Merc.* Agerem iniustè per Iouem ni tibi quæ mea es soror, dicerem. Ipsorum enim pleriq; non parum vtilitatis ex philosophia perceperunt. Etenim si nihil aliud, habitus saltem verecundia, minus delinquunt. Attamen & in flagitiosos aliquos incides (decet enim, opinor, verũ fateri)

ἐνίοις ὑ ἡμισόφοις, καὶ ἡμιφαύλοις. ἐπεὶ γὰ αὐτοὺ μετέβαλεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα, ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς, χρηστοὶ ἀκριβῶς ἀπετελέσθησαν, ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων. καὶ παρόσοι τὴν σὴν ἔσοδον μένουσιν, οὗτοι ἑτοιμότατοι. ὅσοι ὑ ἁπαξ τὸ παλαιὸν ῥύπου μὴ ἐς βάθος παρεδέξαντο ὁπόσον δεύσοπτείου τὸ φάρμακον, τῶν ἄλλων ἀμείνους. ἀτιλεῖς ὑ ὅμως καὶ μιξόλευκοι, καὶ κατεσπιλμένοι, καὶ παρδαλωτοὶ τὴν χρόαν. εἰσὶ δ' οἱ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔκτοθεν τὸ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ, καὶ ἐπιχεισάμενοι τῆς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἴονται καὶ οὗτοι μεταβεβάσθαι. σοὶ μέντοι δῆλον ὅτι μετ' τῶν ἀρίστων ἡ διατριβὴ ἔσεσθαι. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ. ὥστε τὸ μὲν Σούνιον, ἐν δεξιᾷ καταλείπωμεν, ἐς ὃ τὴν ἀκρόπολιν ἀπονεύσωμεν ἤδη. καὶ ἐπιπὰ καταβεβήκαμεν, αὐτὴ μὲν ἐντεῦθά που ἐπὶ τὸ πάγου καθῆσθαι τὴν πύκα ὁρῶσα, καὶ προσμένουσα ἐς ἃν κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς, ῥᾴδιον οὕτως ἁπαντας ἐκ τοῦ ἐπικόου προσκαλέσομαι.

& in semidoctos nonnullos, & semimales. Etenim postquam acceptos eos alio colore inficiebat Philosophia: illi quidem quotquot ad satietatem tincturam imbiberunt, accuratè probi effecti sunt, nullo alieno colore permixti & ad suscipiendam te, hi sunt paratissimi. Quotquot autem præ veteri illuuie, tinctorij veneni vim integram in intimas partes non receperunt, alijs quidem sunt meliores, sed tamen imperfecti, & semialbi, maculosi, & colore pardalium. Sunt autem qui cùm foris tantùm attigerint lebetem summo digito, & sibi fuliginis nonnihil illeuerint, abundè putent sibi mutatum colorem. Planum sanè est fore, vt cum optimis conuerseris. Sed inter loquendum, Atticæ iam appropinquamus. Quare Sunium quidem ad dextram relinquamus: ad arcem autè iam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem hîc alicubi super campo sede, ad Pnycem respiciens, & expectans donec proclamauero, ea quæ sunt à Ioue imperata. Ego verò arce conscensa, sic faciliùs ex loco vnde exaudiri possim omnes aduocabo.

Δι. μὴ πρότερον, ἀπόλθης
ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν ὅστις οὗ-
τος ὁ πρόσωπόν ἐστιν. ὁ κεραυνός.
ὁ τῶν σκελῶν. ὁ λάσιος
ἐν τοῖν σκελοῖν. Ερ. τί φῄς, A
ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύ-
σου θιασωτῶν τὸν βακχικώ-
τατον; οὗτος ἥκει μὲν τὸ πρό-
θεν αὖ τὸ Παρθένιον. νῦν δ' B
ἐπὶ Δάπιδος ἐπάλουν, καὶ τῶν
Μαραθωνάδε τῶν βαρβάρων
ἀπόβασιν, ἧκεν ἄκλητος τοῖς
Ἀθηναίοις σύμμαχος. καὶ τὸ
μὲν ἐκείνου, τῶν νῦν τῇ ἀ-
κροπόλει ἀσπίλυγα ταύτην ἀ- C
πολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν νῦν
τοῦ πελασγικοῦ, ἐς τὸ μετοι-
κικὸν συντελῶν. καὶ νῦν ὡς τὸ
εἰκὸς, ἰδὼν ἐν γειτόνων, πρόσει-
σι δεξιωσόμενος. Παν. χαί-
ρετε ὦ Ἑρμῆ καὶ Δίκη. Ερ. καὶ D
Δι. καὶ σύγε ὦ Παὶ μουσικώτατε
καὶ ποιητικώτατε σατύ-
ρων ἁπάντων. Ἀθήνησι δ', καὶ
πολεμικώτατε. Π. τίς δ' ὑ-
μᾶς ὦ Ἑρμῆ, δεῦρο χρεία ἤ-
γαγε; Ερ. αὐτὴ σοι διηγήσε-
ται τὰ πάντα. ἐγὼ δ', ἐπὶ τὴν
ἀκρόπολιν, καὶ τὸ κήρυγμα. Δι.
ὁ Ζεὺς ὦ Παὶ, κατέπεμψέ με,
ἀποκληρώσουσαν τὰς δίκας.
σοὶ δ' πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις
ἔχει; Π. τὸ μὲν ὅλον, οὐ

Iust. Ne priùs abieris Mercuri, quàm dicas quisnam iste sit, qui huc accedit, corniger, fistulam habẽs, & cruribus hirsutus. *Merc.* Quid ais? non nosti Pana illum ex Bacchi ministris omnium maximè bacchicum? Hic antea habitabat in monte Parthenio: tempore autem quo Datis classe est aduectus, & Barbari in Marathonem egressi, venit non vocatus opẽ ferens Athenienſibus. Ab eo tempore, accepta ista quæ est sub arce spelunca, habitat paulum infra Pelasgicũ, inter inquilinos census. Et nunc vt verisimile est, nos ex vicinia conspicatus, accedit salutaturus. *Pan.* Saluete Mercuri, & Iustitia. *Merc.* Et tu. *Iust.* Et tu vtique ô Pan, Musicorum studiosissime, omniúmque saltatorum Satyrorum agillime, Athenis etiam bellicosissime. *Pan.* Quænam vos Mercuri, huc adduxit necessitas? *Merc.* Hæc tibi enarrabit omnia: ego verò in arcem hinc, & ad præconium abeo. *Iust.* Iupiter, ô Pan, misit me vt sortito distribuerem actiones forẽses. At tibi quomodo se res habent Athenis? *Pan.* Haud quaquã, in vniuersum quidẽ, pro dignitate apud ipsos ago

κατ' ἀξίαν πράττω παρ' ἀμ-

φοῖς, ἀλλὰ πολὺ καταδέστερον
καὶ ἐλπίδος. ἢ ταῦτα, τηλικοῦ-
τον ἀπωσάμενος κωδώνιον, καὶ
τὴν βαρβάρων. ὅμως ὦ, δὶς, ἢ
τρὶς τὸ ἔτος ἀναβάντες, σπλε-
ξάμενοι τράγον ἔνοχλον, θύουσί
μοι, πολλῆς καὶ κνιάβρας ἀπο-
ζούσης. εἶτ' εὐωχοῦνται τὰ
κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐ-
φροσύνης μάρτυρα, καὶ φιλῶ
πρώτιστοι τῷ κρότῳ. πάλιν
ἀλλὰ ἔχει τινά μοι ψυχαγω-
γίαν ὁ γέλως αὐτῶν, καὶ ἡ παι-
διά. Δι. τὰ ἄλλα ὦ ὦ
Παὶ, ἀμείνους θεὸς ἀρετὴν
ἐνόμοντο ὑπὸ τῶν φιλοσόφων.
Π. τίνας λέγεις τοὺς φιλο-
σόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κα-
τηφεῖς, τοὺς σκυθρωπιεῖς ξυ-
νάμα πολλοὺς, τοὺς τὸ ἡδύειον
ὁμοίως ἐμοὶ, τοὺς λάλους;
Δι. νὴ μάλα. Π. οὐκ οἶδα ὅ,
τι λέγουσιν, οὐδὲ συνίημι τινὸς σοφίαν αὐτῶν. ὀρεὸς γὰρ
ἔγωγε, καὶ τὰ κομψὰ ταῦ-
τα ῥήματα, καὶ ἀστεῖα, οὐ με-
μάθηκα. ὦ Δίκη. πόθεν γὰρ ἐν
Ἀρκαδίᾳ σοφιστής, ἢ φιλό-
σοφος; μέχρι τοῦ πλαγίου κα-
λάμου, καὶ τῆς σύριγγος, ἐγὼ
σοφός. τὰ δ' ἄλλα, αὐτό-
λος, καὶ χορευτὴς, καὶ πολε-
μικὸς ἰὼ δῆ. πάλιν δὴ

sed multò quàm speraram deteriùs: idque cùm tantum depulerim tumultum illum à barbaris exortum. Sed tamen bis ter-ue quotannis ascendentes, segregato ad hoc hirco aliquo coleato, multũ graue olente, mihi sacrificant. Deinde epulantur carnes illas, me lætitiæ eius velut testem adhibentes, & tenui quodam honorantes applausu: quanquam nonnihil animum meum oblectat risus ipsorum & lusus. *Iust.* Inter cætera Pan meliores ad virtutem facti sunt à philosophis. *Pan.* Quosnam istos dicis philosophos? num tetricos illos vultúque tristes simul multos, barba mihi adsimiles, & loquaces? *Iust.* Maximè. *Pan.* Nescio quid dicant: sapientiam ipsorum non intelligo. Etenim montanus ego sum, nec subtilia ista, vrbanáque verba didici Iustitia. Nam vnde in Arcadia sophista vel philosophus foret? Ad obliquum vsque calamum, & fistulam doctus ego sum: cæterùm pastor, saltator, & si sit opus, bellator. Audio tamen illos assiduò vociferantes,

καὶ ἀρετὴν τινα, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ, καὶ ξένα ὀνόματα. καὶ τὰ μὲν πρῶτα μικρὸν, εἰρωνικῶς ἐναρχόνται τῶν πρὸς ἀλλήλους λόγων. προϊούσης δὲ τῆς συνουσίας, ἐπτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι πρὸς τὸ ὄρθιον. ὡς ἂν διατεινομένων, καὶ μεγάλα λέγειν βουλόντων, τό, τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ, καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ, καὶ αἱ φλέβες ἐξανίστανται. ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν εἰς ξενὸν τὸν αὐλὸν ἐμπνεῖν βιάζωνται. διαπεράξαντές γε οὕτω τοὺς λόγους, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπούμενον συγχέαντες, ἀπαισχυνθέντες ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ, ἢ ἱδρῶτα ἀπὸ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀπιξεσμένοι. καὶ οὗτος κρατεῖν ἔδοξεν, ὃς ἂν μεγαλοφωνότερος αὐτῶν, ἢ θρασύτερος. πλὴν ἥ γε λεὼς ὁ πολὺς, τεθηπόσιν αὐτοὺς καὶ μᾶλλον ὁπόσοις μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων πεπραγόλει. καὶ παρεσκάσι, πρὸς τὸ θράσος καὶ τὴν βοὴν κεκληκόσι, ἐμοὶ μὲν οὖν ἀλαζόνες τινὲς ἐδόκουν ἀπὸ τούτων, καὶ ἀνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. εἰ δέ γε

λέγει. ταῦτα δηλαδὴ καὶ παρ'
ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, καὶ τὰ περὶ
ἐκεῖνα ζητεῖ, καὶ ἀποβλέ-
πει, τὰ περὶ τοῦ ποδοῦ οὐχ
ὁρῶν. ἐπεὶ τῶνγε ἄλλων ἕνεκα, E
ὃν αὖ οἶμαι μέμψασθαί μοι, ὡς
δοιμάτιον τῦτο τὸ ἑλληνικὸν
περιπάσας αὐτῇ, βαρβα-
ρικὸν μετενέδυσα. καὶ ταῦτα,
βαρβαρος αὐτὸς εἶναι δοκῶν.
ἀδίκως γὰρ ἄν, τὰ τοιαῦτα
εἰς αὐτὸν παρανομῶν, καὶ τὴν

manibus excipere cauebant.
Sed noui ego quid illum
maximè discruciet : nempe
quòd tenuia illa & exilia cũ
ipso sedens argutari non so-
leo: nempe sit ne immortalis
anima : & quot heminas
Deus, quando mundum fa-
bricauit, synceræ, eodémque
modo se habentis substantiæ
infuderit in craterem illum,
in quo vniuersa miscendo
temperabat: & num Rhetо-
rica sit politicæ particulæ i-
mago, adulationis pars quar-
ta. Delectatur enim nescio
quo pacto, istiusmodi argu-
tias disputando, vt quibus
psoram fricari est iucundum.
Atque hæc ipsi videtur suа-
uis cogitatio, ac sese effert,
si dicatur non cuiusuis esse
hominis ea intelligere quæ
de ideis subtiliter specula-
tur. Hæc videlicet etiam à
me poscit, & alas illas
quærit, sursúmque aspicit,
cùm tamen, quæ sunt ante
pedes, non videat. Nam
cæterorum certè causa pu-
to me non accusauerit, quòd
detracto Græco hoc pallio,
barbaricum eius loco repo-
sui, idque cùm barbarus ip-
se videar. Iniuriam enim
feciſſem, si contra leges,
talia in eum commisissem &
patrio vestitu spoliassem.

πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτῶν.

ἀποκελόγημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί. ὑμεῖς δ', ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον ἐνέγκατε. Ερ. βαβαί, δέκα ὅλαις κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι, οὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστιν. ἀμέλει τοῦτο ἔθος ἐστί, καὶ πᾶσι τὴν τελευτηκυῖαν οὗτος φέρει, καὶ μὴν παύσεται φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. ἀλλ' ὑμεῖς μέν, ἄπτε ἀγαθῇ τύχῃ. αὔριον δ', ταῖς λοιπαῖς δικάσομεν.

Respondi judices, pro viribus. Vos verò sententiam priori similem ferte. *Merc.* Papæ: totis decem vincis. Nã ipse ille prior, ne nunc quidem eadem cum cæteris sentit. A Nempe hic mos est illius, atque perforatum omnibus calculum ferre solet, nec facilè desierit optimis quibusque inuidere. Sed vos abite prospera cum fortuna. Die crastino reliquas iudicabimus.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ ἢ ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.

DE PARASITO, SIVE QVOD ARS SIT Parasitica.

ΑΡΓΥΜΕΝΤΥΜ.

Didascalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Parasiticam, artem esse, eámque omnium aliarum præstantissimam. Dispositio & series orationis plana est. Nam artem esse, principio ex definitione artis ostendit, singulis eius partibus cum Parasitica comparatis, videlicet, quoniam & sua, ac certa principia habeat, exercitatione que & vsu constet, & ob finem vitæ vtilem, nempe voluptatem, exerceatur. Quòd autẽ voluptas vtilis vitæ finis sit, authoritate ac testimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Parasitica magis proprius quàm Epicureorum philosophia sit, comparatione studiorum, ac vitæ vtrorumque probat. Deinde verò hanc omnium aliarum artium præstantissimam esse, primùm in genere docet, callatis omnibus accidentibus, effectibus & causis aliarum artium, cum his, quæ huic arti accidunt. Postea seorsim etiam Philosophiæ & Rhetoricæ, vt pote artium cæterarum summis, & maximè laudatis, anteponit. Primùm quia illæ incertæ, alijs aliter de illis sentientibus atque tradentibus. Parasitica autem vbique eadem, ac certa sit. Deinde quia nusquam reperiantur parasiti affectasse philosophiam, aut rhetoricam: contrà autem parasiticam rhetores, ac Philosophi plurimi. Postremò ab vsu eorum, qui artes has sectantur, & profitentur,

duplici videlicet, altero in bello, altero in pace. Vbi ad vtrumque tempus philosophos, & rhetores inutiles, & ineptos esse, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem parasitos idoneos ac paratos maximi, idque ex Homero, item ex historijs probat, additis etiam hypothesibus, qua parasitum ad prælium parantem & expedientē sese describit. Præterea & priuatam, atque domesticam vtrorūque vitam inter se comparat, multò meliores, atque etiam beatiores esse parasitos ostendens, quàm vel rhetoras, vel philosophos. Sub finē ipsam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipsius nominis honestatem etymologia, & analogia defendit.

Τ Ι ποτε ἄρα ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἀνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ δοῦλοι, τέχνην ἕκαστός τινα ἐπίσταται, Α δι' ἣς ἑαυτοῖς τε ἔσται, καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι. σὺ δ', ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' ὃ αὖ τι ἢ αὐτὸς ἀπόναιο, ἢ ἄλλῳ μεταδοίης; Παρά. πῶς δ' τὸ ἐρωτᾷς ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ Β σαφέστερον ἐρωτᾶν. Τυχ. ἔστιν ὧν τινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην, οἷον μουσικήν; Πα. μὰ Δία. Τυ. τί δ', ἰατρικήν; Πα. οὐδὲ ταύτην. Τυ. ἀλλὰ γεωμετρίαν; Πα. οὐδαμῶς. Τυ. τί C δ', ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀπέχεις, ὅσον καὶ ἡ κακία. Πα. ἔγωγε μὲν οἶμαι τοιοῦτόν τι εἶναι, καὶ πλεῖον. ὥστε μὴ δόκει δὲ τὸ κακὸν ἀγνοοῦντί σοι ὀνειδίζειν, φημὶ γὰρ κακὸν εἶναι, καὶ χεί-

Vid tandem in causa est Simo, quòd cùm alij homines siue serui sint, siue ingenui, quisque artem aliquam calleat, qua cùm sibi ipsis, tum alijs sunt vtiles: tu verò, quantum ego perspicio, nihil negotij habes, vnde aut fructum capere ipse, aut alteri impertire possis? *Para.* Quid hæc tua sibi velit interrogatio Tychiade, nondū capio: proinde, planiùs interrogato. *Tych.* Est-ne ars aliqua quam noris, veluti Musica? *Para.* Non per Iouem. *Tych.* Num medicina? *Para.* Neq; istam noui. *Tych.* At geometria. *Para.* Nequaquā. *Tych.* Quid verò num Rhetorica? Nam à Philosophia tātū abhorres, quātū ab ea vitiū. *Para.* Imò plus etiā, si possem. Proinde ne putes hoc te mihi ignoranti exprobrare. Nam me & malum, & quàm sentias,

ρων, ἢ σὺ δοκεῖς. Τυ. ναί. ἀλλὰ
ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ
ἀξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν, καὶ
δυσκολίαν. τὴν δὲ δημοτικὴν τί-
γα, τεκτονικὴν, ἢ σκυτοτομι- A
κήν; καὶ γὰρ οὐδὲ ταῦτα οὕτως
ἔχει σοί, ὡς μὴ καὶ τοιαύτης ἂν
δεηθῆναι τέχνης. Πα. ὀρθῶς
λέγεις σὺ Τυχιάδη. οὐδὲ γὰρ B
τούτων ἀδεμιᾶς ἐπιστήμων εἰ-
μί. Τυ. τίνος οὖν ἐπιστάτης;
Πα. τίνος; ὡς ἐγὼ εἶμαι, γυ-
ναικός. ἰοὺ εἰ μάθοις, καὶ σὺ ἐπαι-
νέσειν οἶμαι. ἔρχῳ μοι οὖν κα-
τορθοῦν φημὶ ἤδη, εἰ καὶ σοὶ λό- C
γῳ οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Τυ. τίνα ταύ-
την; Πα. οὔπω μοι δοκῶ
τὸν περὶ ταύτην ἐμμεμελε-
τηκέναι λόγοις. ὥστε ὅπερ τέχνην
μού τινα ἐπίσταμαι, ὥσπερ ἄρ-
χοι ἤδη σοι γιγνώσκειν, καὶ μὴ
διὰ τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχειν.
ἰοὺ τινα ᾠδὴν ἀκούσῃ. Τυ.
δῆτ' οὐκ ἀνέξομαι. Πα. τὸ
γε τῆς τέχνης, πιθανὸν δόξον ἴσως D
φανεῖται σοὶ ἀκούσαντι. Τυ.
καὶ μὴν διὰ τοῦτο σπουδά-
ζω μαθεῖν. Πα. εἰσαῦθις
ὦ Τυχιάδη. Τυ. μηδαμῶς,
δῆτ' ἤδη λέγε, εἰ μήπερ ἄρα αὐ-
θημὸν. Πα. ἡ παρασιτική. Τυ.
καίτοι εἰ μὲν μαίνοιτό πῃς ὦ Σί-
μων, τέχνην ταύτην φαίη ἄν; E

peiorem esse fateor. *Tych.* Ita sanè. Sed has fortè artes ob ipsarum cùm magnitudinem, tùm difficultatem non didicisti. At ex popularibus illis quam tenes, num fabrilem aut sutrinam? Neque enim ea est rerum tuarum conditio, vt non talis alicuius artis egeas adminiculo. *Para.* Rectè dicis Thychiade, neque enim vllam illarum calleo. *Tych.* Quam igitur aliam? *Para.* Quam? vt puto generosam, quam & te, si pernoueris, laudaturum existimo. Eam quidem re ipsa præclarè obire posse me dico, tametsi oratione explicare non valeo. *Tych.* Quænam hæc est? *Para.* Nondũ mihi videor rationes quæ ad hanc artem pertinent didicisse. Quare me alicuius artis peritum esse, tuum est iam cognoscere, neque hoc nomine mihi succensere: quam autem calleam, aliàs audies. *Tych.* At moræ sum impatiẽs. *Para.* Fortasse si audires, noua ars tibi videretur. *Tych.* Atqui propter hoc ipsum discendi studio teneor. *Para.* Aliàs Tychiade. *Tych.* Nequaquã, sed iam dicito, nisi te pudeat. *Para.* Illa est Parasitica. *Tych.* Ecquis nisi insanus ô Simon, artem hanc appellet? *Para.* Ego. Si verò ob hoc ipsum, Πα. ἔγωγε. εἰ δέ σοι μαίνε-

δοκῶ τὸ μὴ οὐ μίαν ἄλλως ἐπίστασθαι τέχνην, αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δοκεῖ, καί με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφίει. φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην, τὸ μὲν ἄλλα, χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, παραπαίειν δ' τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς, ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν τούτων ἁπάντων ἐμὲ ὑπολαμβάνειν εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας. Τυ. ἀκούω ὦ Σίμων, ἢ παρασιτικὴν τέχνη ἐστί; Πα. τέχνην γάρ. κἀγὼ ταύτης δημιουργός. Τυ. καὶ σὺ ἄρα παράσιτος; Πα. πάνυ ὠηείδισας ὦ Τυχιάδη. Τυ. ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς, παράσιτον σεαυτὸν καλῶν; Πα. ἥδομαι. ἀκροώμενος γὰρ ἄν, εἰ μὴ λέγοιμι. Τυ. καὶ νὴ Δία ὁπόταν σε βουλώμεθα γνωρίζειν τὸ ὄνομα τῶν ἐπισταμένων τοῦτο, ὅτε χρῄζοι μαθεῖν, ὁ παράσιτος δηλονότι φήσομεν. Πα. πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμὲ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδέν τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἐχαιρε τῷ Διΐ. Τυ. καὶ μὴν ἐκεῖνό μοι σκόπουμεν ἄξιον γέλωτος πάμπολυ. Πα. τὸ ποῖον; Τυ. εἰ ταῖς ἐπιστολαῖς ἀνώνυμον ὥσπερ ἔθος, ἐπιγράφοιμεν Σίμωνι παράσιτῳ. Πα. καὶ μὴν αὖ ἐμοὶ

quòd aliam artem non teneam, tibi videor insanire, huius ipsius causam mihi putato fuisse insaniam, & iam desine me criminari. A Aiunt enim hanc Deam cùm aliàs difficilem esse habentibus, tum delinquentes erratorum excusare, instar magistri, & pædagogi translata in se omni culpa. B Tych. Ergo Simo, Parasitica ars est? Para. Sanè ars, cuius author ego sum. Tych. Et tu parasitus es? Para. Probro me affeciisti Tychiade. Tych. C At non erubescis, quum te ipse vocas parasitũ? Para. Nequaquam, nam me puderet, ni dicerem. Tych. Atque per Iouem, si te cuipiam quibus ignotus es notum facere velimus, quum nomen discere volet, Parasitus est videlicet, dicemus. Para. Rem mihi feceritis multò gratiorem me sic nominando, quàm statuarium Phidiam. Hac enim arte delector non minùs, quàm D Phidias Ioue gaudebat. Tych. Atqui hoc mihi consideranti, excitatus est risus multus. Para. Qua ex re? Tych. Si epistolis pro more inscribamus, Simoni parasito. Para. Rem sanè mihi E

μᾶλλον χαρίζοιο, ἢ Διὶ ωνι ὀπ-
γράψαι φιλοσόφῳ. Πυ. ἀλλὰ
σὺ μὲν ὅπως χαίρεις καλού-
μενος, οὐδέν, ἢ μικρόν μοι
μέλει. σκοπεῖν δ' δεῖ καὶ τὸν
ἄλλον ἀτοπίαν. Πα. τίνα μάν;
Τυ. εἰ καὶ τούτῳ ταῖς ἄλ-
λαις τέχναις ἐγκαταλέξομεν.
ὥστε ἐπειδὰν πυνθάνηταί τις
ὁποῖά τις αὕτη τέχνη ὄν, λέ-
γειν, οἷον γραμματικὴ, ἰα-
τρικὴ, παρασιτική. Πα. ἐγὼ
μὲν ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλ-
λον ταύτην, ἢ τινὰ ἑτέραν τέ-
χνην φαίην ἄν. εἰ δέ σοι φίλον
ἀκούειν, ἃ ὅπως οἴομαι, λέγοι-
μι ἄν, καίτοι ἃ παντάπασιν
ὤν, ὡς ἔγωγε οἶμαι εἰπεῖν, ὅτι τού-
τῳ παρεσκευασμένος οὐδέν.
Τυ. εἰ καὶ σμικρὰ ἦ, τοῖς ἀλη-
θέσι διοίσει. Πα. ἴσως δὴ πρῶτον
περὶ τῆς τέχνης εἰ σοι δοκεῖ, ἢ τίς
ποτε ἔστα τυγχάνει τῷ γένει
σκοπῶμεν. οὕτω γὰρ ἐπακο-
λουθήσαιμεν ἂν καὶ ταῖς κατ'
εἶδος τέχναις, εἴτ' ἄρα ὀρ-
θῶς μετέχοιμεν αὐτῆς. Τυ.
τί ποτ' οὖν ὄν τέχνη, ὡς ὑπέ-
στημεν; Πα. πάνυ μὲν οὖν. Τυ.
μὴ τοίνυν ὤκνει λέγειν αὐ-
τὴν, εἴτ' οἶδα. Πα. τέχνη ὄν
ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφῶν τι-
νος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων,

facies gratiorem, quàm si Dioni Philosopho inscribas. *Tych.* Quàm gaudeas hoc nomine, mihi parum, est curæ. Sed & aliud quidpiam absurdi est considerandum. *Para.* Quidnam? *Tych.* Num & hanc in aliarum artium numero recensebimus. Ita vt interrogante quopiam cuiusmodi ars sit, respondeamus, veluti grammatica, medicina, sic Parasitica. *Para.* Equidem ego Tychiade, hanc quam profiteor, multò potiùs artem dicendam contendo. Quòd si gratum tibi est audire, etiam quod sentio, dicam, quanquam non admodum vt antè dixi, ad hoc sim paratus. *Tych.* Tametsi sint exigua, veritate tamen præcellent. *Para.* Age iam, si tibi videtur, primùm consideremus cuius generis sit ars. Ad hunc enim modum artes etiam speciatim assequemur, si hanc rectè teneamus. *Tych.* Quid igitur est ars, vti scis? *Para.* Omnino scio. *Tych.* Ne igitur pigeat te dicere, siquidem scis. *Para.* Ars, vt ex viro sapiente memini me audire, est quæ constat ex perceptionibus consentientibus, & coëxercitatis ad

σεῖς τι τέλος ἔυχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Τυ. ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος, οὕτως ἀπεμνημόνευσας. Πα. εἰ ὃ μετέχοι τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτική, τί ἂν ἄλλο ἢ καὶ αὐτὴ τέχνη εἴη; Τυ. τέχνη γὰ, εἴπερ οὕτως ἔχοι. Πα. φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνᾴδει σκοπῶμεν ἢ ὁ πρὸ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διαχρούμεθα, μὴ σαπρὸν ἀποφθέγγηται. δεῖ τοίνυν εἶναι τὴν ταύτῃ ὥσπερ καὶ πᾶσῃ τέχνῃ, σύνεσιν ἐκ καταλήψεων. πρῶτον μὲν, τὸ δοκιμάζειν, καὶ διακρίνειν ὅστις ἂν ἐπιτήδειος γένοιτο βέφειν αὐτόν. καὶ οὕτω παραστῆναι ἀρξάμενος, ὡς ἂν μεταγνοίη. ἢ τ' μὴ ἀργυρογνώμονα τέχνῃ τινὰ φύσουν ἔχειν, ὥσπερ ἐπίσταται διαγινώσκειν τὰ τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή. τοῦτον δ' ἄνευ τέχνης διακρίνειν τοὺς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀγαθούς. καὶ ταῦτα, ὥσπερ τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων φανερῶν ὄντων. αὐτὰ μέντοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης καταμέμφεται λέγων,

finem vitæ vtilem. *Tych.* Rectè sanè verba eius qui dixit, commemorasti. *Para.* Iam si horum omnium particeps est Parasitica, quid aliud sit, quàm ars? *Tych.* Ars certè, si res ita se habet. *Para.* Age verò sigillatim omnibus artis speciebus Parasiticam accommodantes, dispiciamus an quod de ipsa dicitur, consonet: sed non vti malæ ollæ quum pulsantur, an resonet putridum. Oportet igitur vt hæc, quemadmodum & ars omnis, perceptionibus constet. Primùm quidem probet, & dijudicet, quis ad se alendum sit idoneus: quo parasitandi orsus initio, pœnitentia non ducatur. Aut nummularium dicemus artem aliquam callere, qua nummos adulterinos à probis dignoscat: hunc autem sine arte adulterinos homines à bonis non discernere, præsertim cùm statim appareat cuiusmodi sint homines, quemadmodum nummi. Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides, dicens,

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸ κακὸν
δηλήσεται,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε
σώματι.

Nullus character corpori mortalium,
Inharet ex quo tu malum dignoueris.

ᾧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη πέφυκεν, εἴγε καὶ τὰ ἄδηλα, καὶ ἀφανῆ, μᾶλλον τὸ μαντικὸν γνωρίζει τε, καὶ οἶδε. τὸ δέ γε ὀπίσω λόγοις λέγειν ὀπηνδέους, καὶ πράγματα παράγειν, δι' ὧν οἰκειώσεται, καὶ ἐνώσατον ἑαυτὸν τῷ φέροντι ἀποδείξει, ἂς οὐ σωτέον, καὶ καταλήψεως ἐρρωμένης εἶναί σοι δοκεῖ; Τυ. καὶ μάλα. Πα. τὸ δὲ ἐν τοῖς ἑστιάσεσιν αὖ, ὅπως πάντες ἀφελῶσιν πλέον ἔχων, καὶ παρευδοκιμῶν τοὺς μὴ τὴν αὐτὴν αὐτῷ κεκτημένους τέχνην, ἄνευ τινὸς λόγου, καὶ σοφίας πλάθεσθαι οἴει; Τυ. ἔμοιγε. Πα. τί δ', τὸ ὀπίσω τοὺς ὠφελοῦς, καὶ κακοὺς τῶν ὄψων, καὶ τῶν σιτίων πολυπραγμοσύνῃ ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; καὶ ταῦτα, τὸ γνωσιμάτατον Πλάτωνος ἂν σοὶ λέγοντος, τὸ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι, μὴ μαγειρικῆ ὄντος, σπευαζομένης δοίνης, ἀμμεγεθέρα ἡ κρίσις. ὅπηγε μὴν οὐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ὄντι ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν ἐνδεῖσθε ῥᾳ-

A Qua re maior est Parasiti ars, qui res ita obscuras & abditas, magis quàm ars vaticinandi perspicit & cognoscit. Nosse verò sermones proferre accommodos, éa-
B que facere per quæ in familiaritatem veniat, séque beneuolentissimum suo altori ostendat, annon intelligentiæ & perceptionis validæ putas illud esse? Tych. Maximè. Para. Vt verò in conuiuijs ipsis, plus quouis habens abeat, aliósque gloria
C superet, qui eam artem sibi non parauerunt, an hoc citra rationem, & sapiẽtiam comminiscì putas? Tych. Nequaquam. Para. Ecquid, nosse opsoniorum, ciborúmque virtutes, & vitia, cuiuspiam indocti curiositatem esse exi-
D stimas? Idque cùm dicat generosissimus Plato, Qui conuiuas epulis accepturus est, nec rei coquinariæ sit peritus, ejus in adornãdo conuiuio incertum est iudicium. Parasiticam autem
E non solùm perceptione, sed etiam exercitatione constare, hinc facilè perdiscas.

δως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις, καὶ ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτὸν πολλάκις ἀσυγχύμασι μόνοις. καὶ ὅμως ἂν ἀπόλωνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι. αἱ δὲ τοῦ παρασίτου καταλήψεις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἶη ἐν γυμνασίῳ, ἀπόλλυσιν οὐ μόνον οἶμαι τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. τοῦτο μὲν οὖν πρός τι τέλος εὐχρηστον τῷ βίῳ, μὴ καὶ μανίας εἶναι ζητεῖν, ἐγὼ γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν οὐδὲν εὐχρηστότερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ ὄν, οὐδὲ ζῶ γε ἄνευ τούτου δῆτα; Tυ. πάνυ μὲν οὖν. Πα. καὶ μὴν ἀπὸ τοιούτου τινὸς ἡ παρασιτικὴ, ὁποῖον τὸ κάλλος, καὶ ἡ ἰσχύς. ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. Tυ. ἀληθῆ λέγεις. Πα. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀτεχνία, οὐδέποτε οὐδένα κατορθοῖ τῷ κεκτημένῳ. φέρε γάρ εἰ ἐμβεβηκὼς αὐτὸς αὑτῷ ναυῒ ἐν θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπισταμένος κυβερνᾶν, σωθείης ἄν; Tυ. οὐκ ἔγωγε. Πα. τί δ' ποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἧς δυνήσεται σώζειν ἑαυτόν; Tυ. καὶ μάλα. Πα.

Quod aliarum artium perceptiones, & dies, & noctes, & menses, & annos plerumque manent inexercitatę, nec tamen possidentibus depeteunt artes. At Parasiti perceptiones, nisi quotidie exerceantur, non artem solùm, opinor, sed etiam artificem perdunt. Neque foret insaniæ quærere ad quem finem vitæ vtilem tendat. Non enim puto vtilius quicquam in vita esse quàm edere & bibere, sine quibus neque licet viuere. Tych. Maximè. Para. Atqui ne eiusmodi quidem res est Parasitica, cuiusmodi est pulchritudo aut fortitudo, vt ars nulla esse videatur, sed quædam vis & potentia. Tych. Vera dicis. Para. At neque nulla est ars. Nam quod ars non est, nunquam quicquam habenti præstat præclari. Age enim si tibi ipsi nauim in mari ac procellis, gubernandi imperito commisisses, an incolumis euaderes? Tych. Minimè gentium. Para. Quid tandem, an quòd arte careat, cuius ope seipsum seruare possit? Tych. Maximè. Para. Num ergo Parasitus à

ἀκούω καὶ παράσιτος ἀνὴρ τῆς

παρασιτικῆς, εἰ γὰρ λῦ ἀτεχνία, ἦν αὖ ἐσώζετο; Τυ. ναί. Πα. ἀλλ' οὖν τέχνη σώζεται. ἀτεχνία ἦ οὔ; Τυ. πάνυ μὲν οὖν. Πα. τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική. Τυ. τέχνη ὡς ἔοικε. Πα. καὶ μὴν κυβερνήτας μὲ ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τ' ἅρμάτων οἶδα ἔγω πολλάκις. καὶ τοὺς μὲν, ξυντετριβέντας. τοὺς δ', καὶ πάμπαν διαφθαρέντας. παρασίτου δ' ναυάγιον, οὐ δ' εἷς ἔχοι τοιοῦτον εἰπεῖν. ἀλλ' οὖν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μήτε δύναμις, σύνεμα δέ τι, καὶ ἐκ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη ἅπλουστί γε ὁμολογεῖται ἡμῖν σήμερον. Τυ. ὅσον ἐκ τούτου, εἰκάζω. ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως καὶ ὄφελον ἡμῖν τινα γνησίαν ἀποδῷς τῆς παρασιτικῆς. Πα. ὀρθῶς σύγε λέγων. δοκεῖ γὰρ δή μοι ἔστως ἂν μάλιστα διωρίζῃ, παρασιτικὴ ἐστὶ τέχνη ποτέων, καὶ βρωτέων, καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων. τέλος δ' αὐτῆ, τὸ ἡδύ. Τυ. ὑπέρευγέ μοι δοκεῖς ἀφορισαμένη τ' σεαυτῆ τέχνην. ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς ἐμὲ τὸν φιλόσοφον μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ. Πα. καὶ μὲν ἀπόχρη γε, εἰ γὰρ ἔσται τὸ αὐτὸ τέλος εὐδαιμονίας, καὶ πα-

Parasitica, si ars non esset, seruari non posset? *Tych.* Imò. *Para.* Nunquid igitur arte seruamur, non item imperitia? *Tych.* Maximè. *Para.* Ergo Parasitica est ars. *Tych.* Ars vt apparet. *Para.* Atqui gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios de curru plerumque delapsos comperi: contritos quidem alios, alios interemptos. At Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque nulla ars est Parasitica, neque potentia, sed comprehensio exercitatarum perceptionum, hodie inter nos conuenit, eam esse artem. *Tych.* Quantum quidem hinc conijcio. Sed in id incumbe vt eximiã Parasiticæ definitionem nobis reddas. *Para.* Rectè dicis profectò. Sic igitur potissimùm mihi videtur definienda. Parasitica est ars eorum quæ bibenda sunt & comedenda, & ad hæc consequendum, dicenda: cuius finis est voluptas. *Tych.* Videris mihi tuam artem quàm optimè definiuisse. Illud tamen considera, ne aduersus philosophos aliquos de fine oriatur tibi contentio, *Para.* Atqui sufficit vt idem sit fœlicitatis & Parasi-

τέλος εὐδαιμονίας, καὶ πα-

ραστικῆς. φανεῖται ὃ οὕτως. ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τὸν παρασίτου βίον θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς εἴη μόνος, ἃ γὰρ ἔγωγέ τι φησὶ τέλος χαριέστερον ἕπεσθαι, ἢ ὅταν εὐφροσυνάμενοι μὲν ἔχῃ κατ' ἀνῶμον ἅπαντα, παρὰ δὲ πλήθωσι κάπτωσι σίτου, καὶ κρεῶν. μέσου δὲ κρητῆρος ἀφύσσων οἰνοχόος φορέησι, καὶ ἐγχείῃ δεπάσσῃ. καὶ ὡς οὐκ ἴκανῶς ταῦτα θαυμάζων, μᾶλλον δ' αὐτῶ γνώμιμα πιεῖν φανερωτέραν, εὖ λέγων. Τοῦτο τί μοι κάλλιστον ἐν βροτοῖσιν εἴδεται εἶναι. οὐχ ἕτερόν τι ἢ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασιτεῖν εὐδαίμονα νομίζων. καὶ μὴν οὐδὲ τῷ πυθομένῳ αὖθις πειρᾶσθαι τούτοις τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ τῶν ὅλων. καίτοι γε εἰσῆρ ἐβούλετο Ὀδυσεὺς τὸ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐθέλων ταῦτα λέγειν, ὅτε τὸν Φιλοκτήτην ἀνήγαγε ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κατέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν, ἑαυτὸν μαστιγώσας, καὶ κακῶς, καὶ σωϊκὰ ῥάκη ἐνδύς. ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον. ἀλλὰ μὴν

tices finis. Quod sic apparebit: siquidem Homerus ille sapiens, Parasiti vitam admirans, tanquam solam beatam & fœlicem, ita inquit. Gratior haud finis, populum quàm quando per omnem, Lætantur, mensæque cibis & pane replentur, Et cratere merum in pateras pincerna refundit. Vtque hæc non satis admiratus, sententiam suam facit planiorem, rectè dicens, Hic finis nobis pulcherrimus esse videtur. Non aliud ex ijs quæ dicit, quàm parasitari beatum existimans. Neque cuilibet è vulgo hæc verba attribuit, verùm omnium sapientissimo. Ac sanè si voluisset Vlysses Stoicorum finem laudare, hæc dicere potuisset, quando Philoctetem è Lemno eduxit, quando Ilium subuertit, quando Græcos fugam expessentes detinuit, quando Troiam ingressus est, à se ipso flagris cæsus, malisque & Stoicis pannis amictus. At tunc iucundiorem hunc esse finem non dixit, Quinetiam cùm in Epicureorũ vita

καὶ ἐν τῇ τῶν Ἐπικουρείων βίῳ

ἡδύσμιος αὖθις παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτε αὐτῷ ἐξῆρχεν ἐν ἀργίᾳ τε βιοτεύειν, καὶ βυφᾶν, καὶ βινεῖν τὴν Ατλάντος θυγατέρα, καὶ κινεῖν πάσας τὰς λείας κινήσεις, οὐδέποτε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος χαριέστερον, ἀλλὰ τὸ τῶν παρασίτων βίον. ἐκαλοῦντο δὲ δαυτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. πῶς οὖν λέγει; πάλιν δὲ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν. οὐδὲ δὲ οἵόντε ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων. δαυτυμόνες καθήμενοι ἑξείης. καὶ παραπλήσιοι δαῖτα σίτου, καὶ κρεῶν. ὅμῳ μὲν Ἐπικούρεος σφόδρα αἰσχύνομαι ὑφελόμενος τὸ τῆς παρασιτικῆς τέλος τὸ κατ' αὐτὸν εὐδαιμονίας, τέλος αὐτὸ ποιεῖ. καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ ἥδεν Ἐπικούρῳ μέλει τὸ ἡδύ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ, ὥτω μάθοις ἄν. ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ τριττὸν μὲν τὸ τῆς σαρκὸς, ἀόχλητον. ἔπειτα, τὸ μὴ ταράττεσθαι, καὶ παρεσκῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι. τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος, ἑκατέρων τυγχάνει. ὁ δὲ ἐπικούρειος, οὐδετέρου. ὁ γὰρ ζητῶν περὶ σχήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρίας, καὶ μεγέθους ἡλίου,

apud Calypsonem versaretur, & liceret in otio, & molliter viuere, & filiæ Atlantis lectum conscendere, omnémque expeditæ libidinis speciem agitare, punquam iucundioris huius finis meminit, sed cùm apud Phæacas ageret parasitum. Tunc temporis autem Parasiti vocabantur Dætymones. Quomodo igitur dicit? Digni enim sunt versus, quorum denuo meminerimus: quos nisi sæpe referantur, audire non possumus. Dætymones ordine sedētes, Item, mensæ carnibus, & pane impleantur. Porrò Epicurus nimium impudenter hunc finem detractum Parasiticæ, ad fœlicitatem suam detorsit. Atque hoc esse fraudulentum, neque Epicurum Voluptatis studio vacare, sed Parasitum, hinc licet colligere. Ego Voluptatem existimo, primùm quidem tranquillum corporis statum: deinde animæ ab omni tumultu, & perturbatione immunitatem. Horum vtrumque Parasitus assequitur: neutrum Epicurus. Etenim quum quærit de figura terræ, de mundi infinitate, de magnitudine solis,

ἢ ἀποσημάτων, ἢ θεότητος στοιχείων, ἢ περὶ θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶν, ἢ περὶ αὐτῆς τῆς τέλους ἀεὶ πολεμῶν, ἢ διαφερόμενος θεός τινας, ὃ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ὄχλησιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος, καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἀμείνων, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας, καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου παρεγοχλοῦντος ἐσθίει, καὶ κοιμᾶται ὕπτιος, ἀθεικὼς τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσεὺς ὅτε τῆς θαλάσσης ἀπόπλεων οἴκαδε. καὶ μὴν οὐχὶ κατὰ ταῦτα μόνον ἡδὺν ποιοῦσι τὸ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνα. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος ὅτος, ὅστις ποτέ ὅτιν ὁ σοφὸς, ἢ τοῦ φαγεῖν ἔχει, ἢ οὐκ εἰ μὴ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται. εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ, εἴτε παρ' ἄλλου. εἰ μὲν παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχοι, παράσιτος ὅτι, καὶ οὐχ ὡς λέγει. εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται. Τυ. πῶς οὐχ ἡδέως; Πα. εἰ γὰρ ἔχοι τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλάκις ἂν Τυχιάδη τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη. καὶ ἄφρει πόσα. δεῖ τὸν

de distantijs, primísque elementis, & de Dijs an sint necne, quúmque de ipso fine contendit, & dissidet cum aliquibus: non humanis solùm, sed & mundanis perturbationibus implicatur. At Parasitus omnia bene se habere ratus, credénsque hæc non meliori quàm sint loco esse posse, multa cum securitate, & tranquillitate, nulla re istiusmodi molestiam inferente, comedit, & supinus dormit, porrectis pedibus, manibúsqi, quemadmodum Vlysses in rate ad patriam nauigans. Atqui non hoc solùm, sed illo etiam modo, Voluptas conuenit Epicuro. Quippe Epicurus, quisquis est ille Sapiens, aut habet quod edat, aut non. Si non habet, neutiquam iucundè viuet, imò non viuet. Si autem habet, aut à se, aut ab alio habet. Si ab alio habet quod edat, est Parasitus, ac non vt dicit. Sin à se ipso, non iucundè viuet. *Tych.* Quomodo non iucundè? *Para.* Si enim habeat à se ipso quod comedat, multa necesse est vitam huiusmodi comitentur. Ac vide quænam. Oportet

μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, τὰς ἐγγινομένας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν. ἢ τί φῄς Τυ. κἀμοὶ δοκεῖ. Πα. δικαίως τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ, ἴσως τοῦτο παρέξει. τῷ δ' ὀλίγα, καὶ μηδὲν, οὐκέτι. ὥστε πένης ἂν οὐ σοφὸς γένοιτο, οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους. λέγω δὲ τὸν ἡδέως. ἀλλ' ὃ δὴ μάλιστα ὁ πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς οὐσίας ἀφθόνως τοῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ, πολλάκις πεπτωκέναι ἀηδίαις. τοῦτο μὲν; τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον, ἢ μὴ μάχοιτο, φαῦλα παρὰ τοῦτο ἐδιόντα τὰ ὄψα, καὶ τὸ ἡδέως ὑστερεῖν. τοῦτο δὲ, τῷ οἰκονομοῦντι τὰ κατ' ἐμὲ οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοῖη μαχόμενον; ἢ οὐχ οὕτω; Τυ. νὴ Δία κἀμοὶ δοκεῖ. Πα. τῷ μὲν Ἐπικούρῳ, πάντα ξυμβαίνειν εἰκός. ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τοῦ τέλους. τῷ δὲ παρασίτῳ, οὔτε μάγειρος ὀπτὸς, ᾧ χαλεπαίνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια, ἀφ' ὧν ἀποκοπτόμενος, ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι, καὶ πίοι μόνος οὗτος ἂν

vt qui secúdum Voluptatem vitam est acturus, omnibus quæ innascuntur, cupiditatibus indulgeat. Aut quid tu ais? Tych. Idem sentio. Para. Proinde ei qui multa possidet, hoc fortasse præbet: ei verò qui pauca, nihil amplius. Itaque pauper neque sapiens esse, neque finem cõsequi possit: dico autem Voluptatis. At neque diues, qui de re sua cupiditatibus abundè sumptus suppeditat, hunc pertingere queat. Quid tandem, quòd omnino necesse est ei qui de suo sumpt⁹ facit, in multa fastidia incidere: nunc quidem cum coquo, qui cibum malè præparauit, rixando, aut nisi rixetur, insuaues cibos comedẽdo, & Voluptate carendo: nunc autem cum œconomo, ni rectè rem familiarem administrarit, contendendo? An non ita se res habet? Tych. Per Iouem ita sentio. Para. Hæc omnia Epicuro accidere verisimile est. Itaque nunquam Voluptatis fine miser ille potietur. At verò parasito, neque coquus est vllus, cui irascatur, neque fundus, neque œconomus, neque pecuniæ, pro quibus causam dicere grauetur, & tamen habet omnia, ita vt bibere, & edere possit hic solus καὶ πίοι μόνος οὗτος ἂν

φανδενὸς, ὧν ἐνδεὴς, ἀνάγκη ἐνοχλούμενος. δῆλον ὅτι μὲν τέχνη ἔστιν ἡ παρασιτικὴ, καὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν ὅτι καὶ αἱρέσιμος, δεικτέον. καὶ τοῦτο οὐκ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη προσάγειν μαθηταῖν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἄνθρ' ὃν ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπεύξαιτο. ταύτην δὲ τὴν τέχνην ὡς ἔοικε, μόνην ἔξεστι μανθάνειν ἄνευ πόνου. τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀσπάζεται κλαίων, ὥσπερ τινας ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ὑπὸ δείπνου ἀπιὼν, ὥρθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὴν ὁ μὲ παρασίτου, ἑκὼν αὐτὸς ὑπὸ δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ὑπομιμνῆσκων τῆς τέχνης. οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτάς. ὥστε ἔνιοι δ' αὐτὰς ἀποδιδράσκουσι. τί δ' οὐ καὶ κεῖνο ἐννοεῖς σε δεῖ, ὅτι καὶ τὸν ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις παρεχόμενοι, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ ὁ παρασίτου

nulla re, earũ quibus ille, necessariò turbatus. Iam quòd ars sit Parasitica, ex his, atque alijs abundè est demonstratum. Supereſt vt optimam esse ostendam: atque hoc non simpliciter. Sed primùm quia communiter omnibus artibus præstat: deinde priuatim singulis. Communiter ad hunc modum præstat omnibus. Nam cuiuis arti necesse est vt disciplinam adducat, laborem, timorem, & verbera, quæ nemo non deprecetur. Hãc verò artem, vt videtur, citra laborem licet solam discere. Quis enim vnquam à conuiuio flens discessit, vt aliquos à præceptoribus videmus? Quis ad conuiuium proficiscens visus est tristis, vt qui scholas frequentant? Verùm Parasitus sponte ad cœnam ir, artis cupidissimus. Alij verò quas addiscunt artes, oderunt: ob eásque nonnulli aufugiunt. Quid verò? nonne etiam illud tibi considerandum, quòd eos qui illis in artibus proficiunt, his rebus parentes, quibus quotidie parasitum, maximè cohonestant?

καλῶς γὰ Δία ἔγραψεν ὁ παῖς λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν. ἐὰ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω τὸ παράγγελμα καὶ ἔντιμον, καὶ ἐν τιμωρίᾳ μεγάλῃ φαίνεται. καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι, τὸ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι, μετὰ τὸ μαθεῖν, καὶ τοῖς καιροῖς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι. πολλὴ γὰ καὶ ὀρθὸς οἶμος ἐς αὐτούς. ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων, εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τὸ μανθάνειν. καὶ ἅμά τε ἄρχεται, καὶ ἐν τῷ τέλει ἐστίν. οὐ μόνοι τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ πάνυ, ἀλλὰ πᾶσι, ὁπὶ μόνῳ τῷ βοσκῷ γεγόνασιν. ὁ δὲ παράσιτος, εὐθὺς ἔχει τῷ βοσκῷ ἅμα τὸ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἡ οὐ σὺνοεῖς ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς, γεωργεῖ, οὐ τοῦ γεωργεῖν ἕνεκα. καὶ ὁ τέκτων, τεκταίνεται, οὐ τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα. ὁ δὲ παράσιτος, οὐχ ἕτερον μύστοι διώκει, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ἕργον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὴν ἐκεῖνά γε οὐδεὶς ἐστὶν, ὅστις οὐκ ἐπίσταται. ὅτι οἱ μὲν τὰς κοινὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ταλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἰσχὰς ἄγουσι.

Rectè scripsit puer discentes, date illi quod edat. malè scripsit, ne date. Sic negotium & honore & pœna videtur magnum. Atqui cæteræ artes hoc posterius habent, postquam didicerunt, & fructus suauiter percipiunt, ad quos multa & ardua est via. Sed sola inter alias Parasitica, statim ab initio inter discendum arte sua fruitur: simúlque incipit, & finem obtinet. Præterea reliquæ artes, non aliquæ, sed omnes, ad victum parandum duntaxat inuentæ sunt: at parasitus simul atque artem orsus est, victum habet. Aut non animaduertis agricolam agros colere non colendi gratia, nec fabrum fabricandi gratia fabricare: parasitum autem, alterum quidem non sectari, sed idem & opus eius esse, & cuius gratia fit. Ac sanè nemo nescit, eos qui reliquas artes exercent, vnum & alterum duntaxat mensis diem festum ducere, reliquum verò tempus ærumnosè viuere:

καὶ αἱ πόλεις ὧν, τὰς μὲν, δι' ἔτους, τὰς δ' ἐμμήνους ἑορτὰς διατελοῦσι, καὶ συφορεῖσθαι λέγονται τότε. ὁ δὲ παράσιτος, τὰς μείους τὰς τριακοσθ' ἡμέρας ἑορτὰς ἄγει. πᾶσι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι τῶν θεῶν. ἔτι εἰ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας καταρθοῦν, ὀλιγοσιτίας, καὶ ὀλιγοποσίας χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίας δὲ, καὶ πολισπίας, ὅτ' ἔστιν εὐφραινόμενον μανθάνειν. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, χωρὶς ὀργάνων οὐδαμοῦ τῷ κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται. οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν, οὔτε ψάλλειν ἄνευ λύρας, οὔτε ἱππεύειν χωρὶς ἵππου. αὐτὴ δ' ἕτοιμος οὖσ' ἀγαθὴ, καὶ οὐ βαρεῖα τῷ τεχνίτῃ, ὥστε καὶ ὑπάρχει μηδὲν ἔλαττον ὄπλον χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες. ταύτην δ', λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν, εἰσὶ διδάσκαλοι πένες. ὁ δὲ παρασιτικὸς, ἀδές. ἀλλ' ὥσπερ ἡ πρακτικὴ κατὰ Σωκράτην, καὶ αὕτη πινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται. κἀκεῖνο δ' ἄξιον, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὁ διδοὺς τοῦ λαμβάνοντος ἐστὶν ἀμείνων· ἐπὶ δὲ τῆς παρασιτικῆς, ὁ λαμβάνων τοῦ διδόντος. καὶ γὰρ ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν ἐξουσίαν ἔχει ὁ παράσιτος, ὃν ἂν βούληται τρόπον. καὶ ὁ μὲν ἐπαινῶν, ἐπαίνου τυγχάνει· ὁ δὲ ψέγων, ἀπαλλάττεται τοῦ δείπνου. καὶ ὁ μὲν ἐπαινῶν, ἐπαίνου τυγχάνει· ὁ δὲ ψέγων, ἀπαλλάττεται τοῦ δείπνου. καὶ ὁ μὲν ἐπαινῶν, ἐπαίνου τυγχάνει· ὁ δὲ ψέγων, ἀπαλλάττεται τοῦ δείπνου.

atque vrbes, alias quidem, annuos dies festos, alias menstruos celebrare, quo tempore lætari dicuntur: parasitum autem totos triginta mensis dies festos agitare, siquidem ipsi videntur Dijs sacræ omnes. Præterea qui alijs in artibus strenuè se gerere volunt, pauco victu & potu vtuntur, quemadmodum ægroti: siquidem ad discendum non est accommodus, qui cibo & potu copiosiore se oblectat. Quinetiam aliæ artes, nequaquam sine instrumentis domino inseruire possunt. Nemo enim sine tibia tibicinem agere, nemo sine lyra psallere, nemo sine equo equitare queat. Verùm hæc vsque adeò bona est, nec artifici onerosa, vt ea vti possit etiam qui caret instrumentis. Et vt videmus, alias artes data, hanc accepta mercede discimus. Præterea aliarum artium sunt magistri: sed Parasitices, nullus est. Sed quemadmodum authore Socrate, Poëtica: sic etiam hæc fato quodam accedit. Quinetiam illud expendito, nos non posse alias artes iter faciendo, aut

δυνάμενα διαπορθμεύειν. ταύτην δὲ οὐκ ἔξεστιν ἄγειν καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. Tv. παύ μοι σύ. Πα. καὶ μήτοι σ' ἔτυχάδη, εἰ μὴ ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν. αὕτη δ', οὐδεμιᾶς ἑτέρας. Tv. τί δ' οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες, ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι; Πα. πῶς γὰρ οὔ; Tv. πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος; Πα. οὐκ ἔχω λέγειν. καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες, καὶ ἐντελεῖς εἰσι. τὴν δὲ παρασιτικὴν ἡ ἀρχὴ, παύ γοῦν τῆς. τὸ γὰρ ἐρυλλύμβαν τοῦτο τὴν φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλο τι ἔυρεσις, ἢ ἀρχὴ παρασιτικῆς. Tv. πῶς λέγεις; Πα. ὅτι ἀδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα ἄνδρωπον, μὴ οὐδὲ συνίδη μυστείων, ὃ δὴ δεῖπνον καλοῦ. ἀλλὰ δεῖ πρότερον οἶμαι τοῦτον γνώναι φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπονδῶν, καὶ βαπτίζης, καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ποτατὸς δ' οὗτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν, ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα, καὶ συνεδίοντα, μόνον

nauigando exercere: sed hæc licere vti tum iter facienti, tum nauiganti. Tych. Omnino ita est. Para. Aliæ quoque artes hanc optare videntur, hæc nullam aliam. A Tyc. Ecquid? nonne qui aliena capiunt, iniuriam facere videntur tibi? Para. Quidni? Tych Quî fit igitur vt solus parasitus aliena accipiendo non faciat iniuriam? B Para. Dicere non possum. Porrò aliarum artium vilia & simplicia sunt initia: Parasitices contrà principium est generosum. Nam celebratum hoc Amicitiæ nomen, non aliud quàm Parasitices esse principium inuenias. Tych. Quid ais? C Para. Quoniam nemo inimicum, aut ignotum hominem, sed ne mediocriter quidem familiarem ad epulas inuitat. D Sed oportet vtique vt hic priùs amicitiam contraxerit, vt libationum, mensæ, & artis huius mysteriorum fiat particeps. Nam aliquos plerumque dicentes audiui, cuiusmodi est hic amicus, E qui nec edit, nec bibit nobiscum! videlicet quasi eum quo compotore & conuictore vtimur, solum putent fidum amicum. Quòd au-

πιστὸν ἡγούμενον φίλον. ὅτι γὰ

μὴν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ὄζειν αὕτη, μάθοις ἂν ῥᾳδίως ἐκ τῶνδε οὐχ ἥκιστα. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας, ἃ μόνον κακοπαθοῦντες, καὶ ἱδρῶντες, ἀλλὰ καὶ νὴ Δία καθήμενοι, καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἅλοι τῶν τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος μετακινεῖται πρὸς ἅπασαν τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸ σοφὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀρῶσι, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμεται. καὶ μὲν ῥητορά τε, καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα, οὐδὲν κωλύει πρὸς ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πονηρὸς, ἐάν τε καὶ μοχθηρὸς ᾖ. παρασιτεῖν δ', οὐδεὶς δύναται ἢ μοχθηρὸς ὢν, ἢ πονηρός. Τυ. παπαῖ. οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ πρὸς παρασιτικήν. ὥστε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι ἀπὸ τούτου, ὅς εἰμι. Πα. ὡς μὲν πάνυ κοινῇ πάντων διαφέρει, δεδείχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. τὸ μὲν δὴ τὰς βαναύσους τέχνας παραβάλλειν αὐτῇ, αὐόητόν ὄζει.

tem hæc ars omnium sit maximè regalis : hinc non minùs possis cognoscere. Nam reliquas artes, non modò grauiter laborantes, & sudantes, sed per Iouem, sedentes, & stantes exercent, nimirum vt artium serui. At parasitus artem suam aggreditur, tanquam rex accumbens. Quid enim attinet ea dicere quæ ad eius fœlicitatem pertinent, quòd solus iuxta sapientem Homerum, neque plantam manibus plantat, neque arat, sed citra arationem & sementem omnia consequitur? Quinimo nihil rhetorem, geometram, ærarium fabrum impedit, quominus suam artem exerceat, siue sit prauus, siue stultus. Nemo autem, qui sit stultus, aut prauus, potest parasitari. Tych. Papæ! cuiusmodi rem ostendisti Parasiticam esse! Itaque velim, pro eo qui jam sum, parasitus esse. Para. Igitur quãtum communiter præstet omnibus, videor mihi demonstrasse. Age iam quantum priuatim singulis præstet, consideremus. Certè eam cum mechanicis artibus comparare, ineptũ esset:

καὶ μᾶλλόν πως καθαιρῶντος τὸ ἀξίωμα τῆς τέχνης. ὅτι γε μὴν τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρει, δεικτέον, ὁμολογοῦμεν δὴ καὶ πρὸς πάντων, τὴν τε ῥητορικὴν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ γενναιότητα, καὶ σπουδάσματα ἀποφαίνονταί τινες. ἐπειδὴ γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, σχολῇ δήπου τ' ἄλλων τεχνῶν δόξει προφέρεσθαι, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν θεραπαινίδων. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρει, καὶ τῆς ῥητορικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κατὰ τὴν ὑπόστασιν. ἡ μὲν γὰρ ὑφέστηκεν· αἱδὲ, οὔ. οὔτε γὰρ καὶ τὴν ῥητορικὴν ἔν τισὶ τὸ αὐτὸ νομίζομεν. ἄλλη μὲν, τέχνη. οἱδὲ, τοὐναντίον, ἀτεχνίαν. ἄλλοι δὲ, κακοτεχνίαν. ἄλλοι δὲ, ἄλλό τι. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς ἀκαδημίας. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς περιπάτου. καὶ ἁπλῶς, ἄλλος ἄλλως ἀξιοῖ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι. καὶ μέχρι γε νῦν, οὔτε οἱ αὐτοὶ γνώμης κρατοῦσαν,

aut potiùs eius qui huius artis dignitatem tollere vellet. Sed ostendendum est hanc maximas, & pulcherrimas artes præstantia superare. Apud omnes in confesso est, cùm Rhetoricam, tum Philosophiam esse maximas & pulcherrimas, quas propter nobilitatem, nonnulli etiam scientias faciunt. Proinde postéaquam ostendero, & his longè potiorem esse Parasiticam, satis nimirum constabit eãdem & alijs artibus esse præstantiorem, quemadmodum Nausicaa præstet famulis. Communiter igitur Rhetoricam & Philosophiam antecellit. Primùm quantum attinet ad artis substantiam. Hæc enim subsistit: illæ verò minimè. Neque enim de Rhetorica vnum idémque sentimus: sed alij artem: alij contrà, non artem: alij malam artem alij aliud esse dicunt. Neque Philosophiam simili ratione, eodémque modo se habere putamus. Aliter enim Epicuro res videntur se habere: aliter Stoïcis: aliter Academicis: aliter Peripateticis, Quid multa? alius aliam Philosophiam esse contendit. Et hactenus neque ijdē sententia potiùtur,

δύτε αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ἐξ ὧν ἁπλοῦν τεκμήριόν ἐστι καταλείπεται. ἀρχὴν γάρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί ἁνίσου ἀριθμητικὴ μία, δύο ἔστι καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο παρ' ἡμῖν, καὶ παρὰ Πέρσαις, τέσσαρά ἐστι, καὶ συμφωνεῖ ταῦτα καὶ παρὰ Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις. φιλοσοφίας δ', πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν. καὶ οὔτε τὰς ἀρχὰς, ὅτε τὰ τέλη συμφωνα πασῶν. Τυ. ἀληθῆ λέγεις. μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν, αὐτοὶ δ', αὐτὰς ποιοῦσι πολλάς. Πα. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, ὡς ὀφείλουσιν εἶναι. φιλοσοφίαν δέ τις ὡς ἀναγκαίαν, αὐάφαιρετον μὴ μίαν εἶναι, ἢ μὴ δ' σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὐκ ἔστι φιλοσοφία, ἐπειδὴ ὁρῶ καὶ ἄπειρον οὖσαν. πολλαὶ δ' οὐ δύνανται εἶναι, ἐπειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία. ὁμοίως δ' καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς

neque eorum ars vna esse videtur. Ex quibus reliquũ est vt argumenta ducam. Principio artem esse nego, cuius nulla est substantia. Nam & Arithmetica vna eadémque est, & bis duo apud nos & Persas, sunt quatuor, & hac de re conuenit inter Græcos & Barbaros. Sed Philosophias multas & diuersas videmus, quarum omnium neque principia, neque fines inter se consentiunt. *Tych.* Vera dicis. Vnam enim Philosophiam omnes esse dicunt: attamen ipsi multarum sunt authores. *Para.* Certè in reliquis artibus, quanquam earum ratione nonnihil discreparet, & postulata venia quispiam præteriret: siquidem mediæ videntur, earúmque perceptiones non sunt immutabiles, admittendus tamen esset. Philosophiam autem aliquis tanquã necessariam, sustineret non vnam esse, nec secum magis conuenire, quã instrumenta. Vna quidem non est Philosophia, siquidem innumeras esse video. Neo multæ tamen esse possunt, siquidem vna est Philosophia. Similia etiam dicat aliquis de

ταῦτα φαίη τις ἄν. τὸ γὰρ περὶ ἑνὸς πραγματεύεσθαι ταὐτὰ μὴ λέγειν ἅπαντας, ἀλλὰ μάχας εἶναι φορᾶς αὐτοδόξου, ἀποδείξεις μεγίστη τοῦ μὴ εἶναι ἀρχὴν τοῦτο, οὗ μία κατάληψις οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ζητεῖν τὸ, τί μᾶλλον αὐτῶν ἐστι, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ὁμολογεῖν μίαν εἶναι, τοῦτο αὐτίκα αἱρεῖ τὸ ζητούμενον τὴν οὐσίαν. ἡ μὲν οὖν παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι, καὶ ἐν βαρβάροις μία ἐστὶ, καὶ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως. καὶ οὐκ ἄν εἴποι τις ἄλλως μὲν τοῦσδε, ἑτέρως δὲ τουσδί, παρασιτεῖν. οὐδ' εἰσὶν ὡς ἔοικεν ἐν παρασίτοις τινὲς, οἷον στωϊκοὶ, ἢ ἐπικούρειοι, δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἅπασιν ὁμολογία τίς ἐστι, καὶ συμφωνία τῶν ἔργων, καὶ τὸ τέλειον. ὥστε ἔμοιγε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο, καὶ σοφία εἶναι. Τυ. παῦε μοι δοκεῖς ἱκανῶς ταῦτα εἰρηκέναι. ὡς δὲ καὶ τἆλλα χείρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς σῆς τέχνης, πῶς ἀποδεικνύεις; Πα. ἀκουε· ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι φιλοσοφίας μὲν οὐδέποτε πώποτε παράσιτος, παρασιτικὴς δὲ, πάμπολ-

Rhetoricæ ſubſtantia. Nam quòd de vna quæſtione non eadem dicunt omnes, ſed diuerſis inter ſe pugnant ſententijs, certiſſimum eſt documentum, ne hoc quidem eſſe principium, cuius vna perceptio non eſt. Nam quærere quid potiſſimùm ex illis ſit Rhetorica, nec fateri vnam eſſe, hoc ipſam, eius quoq; quæritur, eſſentiam tollit. Porrò Paraſitica non ita ſe habet: ſed & apud Græcos, & apud Barbaros ſecundum eadem, eodémque modo vna eſt: neque dicat quiſquam aliter hos, aliter illos paraſitari. Neque ſunt inter Paraſitos, vt liquet, quales Stoici, aut Epicurei, diuerſorum præceptorum authores: ſed omnibus apud omnes vna eſt profeſſio, & operum, finiſque concentus. Itaque parum abeſſe videtur quin Paraſitica, ex his quæ adduxi, etiam ſit Sapientia. Tych. Hæc mihi videris ſatis ſupérque dixiſſe. Sed quomodo demonſtras Philoſophiam eſſe tua arte deteriorem? Para. Ergo neceſſe eſt vt primùm dicam, philoſophiæ amatorem paraſitum nunquam fuiſſe: & memoriæ proditum eſſe cõ

παράσιτος, παρασιτικὴς δὲ, πάμπολ-

λοι ἐπιθυμήσαντες μεμνῆσθαι φιλόσοφοι, καὶ μέχρι γε νῦν ἐρῶσι. Tυ. καὶ τίνας ἂν ἔχοις εἰπεῖν φιλοσόφους, παρασιτεῖν ἀπορδήσαντας; Πα. ὦ τίνας μῶν τοὺς Τυχιάδη σὺ γιγνώσκων, ἀγνοεῖν ἐμὲ, ὡς κατὰ τινος αὐτοῖς αἰσχύνης ἐπιτρέπει γιγνομένης, οὐχὶ τιμῆς. Tυ. οὐ μὰ τὸν Δί' ὦ Σίμων. ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀπορῶ οὓς τινας καὶ ἔνεγκε εἰπεῖν. Πα. ὦ γενναῖε, σύ μοι δοκεῖς αὐτὸς εἶναι καὶ τῶν ἀναγραφέων τῶν ἐκείνων βίβλους, ἐπεὶ πάντως ἂν καὶ ἐπιγνοίης ὃς τινας λέγω δῆλον. Tυ. καὶ μὴν νὴ τὸν Ἡρακλέα πολλοὺς δή τινας ἀκούειν τίνες εἰσίν. Πα. ἐγώ σοι δείξω, καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὄντας οὐχὶ τοὺς φαύλους, ἅτε ὧν ἐγὼ δοκῶ τοῦ ἀείσους, καὶ οὓς ἥκιστα οἴει. Αἰσχύνης μὴν τοὺς Σωκρατικοὺς ἅπαντας, ὁ τοὺς μακρούς καὶ ἀσείους διαλόγους γράψας, ὃς ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐτοὺς, ὅπως εἰ δύναιτο δι' αὐτῶν γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. καὶ ὁ Μιλτιάδου ἀναγνοὺς, καὶ δόξας εὐδοκιμηκέναι, λοιπὸν ἐκέκτητο ἐν Σικελίᾳ παρασίτων Διονυσίῳ, καὶ ταῖς Σωκρατικοῖς διατριβαῖς ἐρρῶσθαι

plures philosophos Parasiticæ desiderio arsisse, quam ad hoc etiam vsque tempus amant. Tych. Et quosnam Philosophos nominare possis, qui Parasiticæ operam dederint? Para. Quos ô Tychiade, tu cùm noris, non nosse simulas, & me, ac si ex ea re dedecus non honor ad ipsos redundet. Tych. Non simulo per Iouem ô Simon. Imò nescio quos nominandos inuenire possis. Para. O generose mihi videris eos ignorare à quibus illorum vitæ conscriptæ sunt: alioqui quos dico prorsus nosse posses. Tych. At certè per Herculem, quinã sint illi audire exopto. Para. Ostendam tibi & recensebo illos, non leuis momenti viros, sed quosiudico præstantissimos: quósque minimè putes. Socraticus ille Æschines qui longos illos, vrbanósque dialogos conscripsit, eos in Siciliam aliquando detulit, per quos, si posset, Dionysio tyranno innotesceret. Ex quibus cum Miltiadem legisset, & placuisse visus esset, reliquum tempus in Sicilia consedit parasitans Dionysio, & Socraticis disputationibus vale dixit.

φέρεται. τί δ', καὶ Αείσιππος ὁ κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων φαίνεται σοι φιλοσόφων; Τυ. καὶ πάνυ. Πα. καὶ ὅτος μὴν τοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασίτων Διονυσίῳ. πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῷ. καὶ γὰρ ὢν πλέον τι τῶν ἄλλων σοφὸς πρὸς τέχνην εὐφυὴς. ἔστε τοὺς ὀψοποιοὺς ὀσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος, ὡς παρ' αὐτῷ μαθησομένους. οὗτος μὲν τοι δοκεῖ καὶ κοσμῆται πρὸς τέχνην ἀξίως. ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος, καὶ αὐτὸς μὲν ἦκεν εἰς Σικελίαν ἐπὶ τοῦτο. καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ, τὸ παρασιτεῖν ὑπὸ ἀφυΐας ἔλιπεν. καὶ πάλιν Αθήναζε ἀφικόμενος, καὶ φιλοπονήσας, καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν, αὖθις δευτέρῳ σόλῳ ἐπέπλευσε τῇ Σικελίᾳ. καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας, ὑπὸ ἀμαθίας ἔλιπεν. καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι περὶ Σικελίαν, ὁμοία δοκεῖ γεγενῆσθαι τῇ Νικίου. Τυ. καὶ τίς ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγεις; Πα. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι. Αεισόξενος δ' ὁ μουσικὸς, πολλῷ

Quid autem? nonne & Aristippus ille Cyrenæus tibi ex præstantibus Philosophis videtur fuisse? *Tych.* Maximè. *Para.* Et ille per id ætatis Syracusis versatus est, parasitando apud Dionysium, apud quem parasitorum omnium maximè probabatur, vt qui ad hanc artem præ cæteris singulari præditus esset industria: adeò vt quotidie coquos ad eum mitteret Dionysius, vt ex ipso discerent. Hic videtur artis dignitatem excoluisse. Vester quoque generosissimus ille Plato, in Siciliam hac de causa venit. Vbi cùm paucos dies apud regem esset parasitatus, à parasitatione, quia ad eam erat inhabilis, excidit. Rursum repetitis Athenis postquam vehemens studium adhibuisset, séque adornasset, secunda nauigatione Siciliam petiuit: vbi paucos dies cœnatus, iterum præ imperitia excidit. Et hæc Platonis fortuna Niciæ fortunæ similis videtur. *Tych.* Ecquis Simo ea de Platone dicit? *Para.* Complures etiam alij. Porrò Aristoxenus Musicus, plurimi

Αεισόξενος δ' ὁ μουσικὸς, πολλῷ

λόγου ἄξιος, ἢ αὐτὸς ὁ παράσιτος Νηλέως ἦν. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Ἀρχελάῳ μέχρι τοῦ θανάτου παρασίτει, καὶ Ἀναξαρχος Ἀλεξανδρεῖ, πάντως σύ- A σασαι. καὶ Ἀριστοτέλης ὁ τὴν παρασιτικὴν ἤρξατο μόνον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. φιλοσόφους μὲν οὖν ὥσπερ ἦν, παρασιτίαν καταδύσαντας, ἔδειξα. παράσιτον δ' οὐδεὶς ἔχει φράσαι, φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντα. καὶ μήτοι εἰ ἔστιν εὐδαίμων τὸ μὴ πεινᾶν, μὴ δ' διψᾶν. μὴ δ' ῥιγοῦν, ταῦτα οὐδενὶ ἄλλῳ B ὑπάρχει, ἢ παρασίτῳ. ὥστε φιλοσόφοις μὲν ἂν τις πολλοὺς καὶ ῥιγοῦντας, καὶ πεινῶντας εὕροι. παράσιτον δ', οὔ. ἢ οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλὰ δυσχερής τις, ἢ πτωχὸς ἄνθρωπος, ἢ φιλοσόφῳ ὅμοιος. Τυ. ἴσμεν ταῦτά γε. ὅτι δ' καὶ κατὰ πολλὰ διαφέρει φιλοσοφίας, καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτική, πῶς ἐπιδείκνυσι; Πα. εἰσὶν ἃ βέλτιον, καιρὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων βίου. ὁ μὲν τις, εὐχλωνης οἶμαι. ὁδὶ αὖ, πολέμιε, ἐν δὲ τούτοις, πᾶσα ἀνάγκη φανερὰς γίνεσθαι τὰς τέχνας, καὶ τοὺς ἔχοντας ταύτας ἑκάστοις τίνες εἰσί. πρότερον δ' ἐὰν δοκεῖ, σκοπώμεθα τὰ τῆς

æstimandus, Nelei fuit parasitus. Quòd autem Euripides apud Archelaum ad mortem vsque, Anaxarchus apud Alexandrum egit parasitum, planè compertum habes. Cæterùm Aristoteles Parasiticam orsus est solùm, vt reliquas artes. Philosophos quemadmodum Parasiticæ operam B dederint, ostendi. Nemo autem Parasitum producat, qui philosopharì voluerit. Ac sanè si neque esurire, neque sitire, neque algere beatum est, hæc alij nulli quàm parasito suppetunt. Itaque Philosophos multos inuenias qui frigore, & fame capiantur: Parasitum autem, nullum: alioquì Parasitus non esset, sed in- D fœlix quispiam, aut mendicus, aut Philosopho similis. *Tych.* Hæc sufficiunt. Sed Parasiticam Philosophia & Rhetorica esse potiorem, quomodo comprobabis? *Para.* Vitæ humanę sunt tempora, vir optime, alterum pacis, alterum belli, in E quibus vtique omnino est necessarium artes patefieri, & cuiusmodi sint ij à quibus exercentur. Priùs autem, si tibi videtur, consideremus

πολέμου καιρὸν, καὶ τίνες αὖ εἶεν μάλιστα χρησιμώτατοι, ἰδίᾳ τε ἕκαστος αὐτῷ, καὶ κοινῇ τῇ πόλει. Τυ. ἆς οὐ μέτριον ἀγῶνα καταγγέλλεις τῶν ἀνδρῶν. καὶ ἔγωγε πάλαι γελῶ κατ' ἐμαυτὸν, σκοπῶν ποῖος ἂν εἴη συμβαλλόμενος παρασίτῳ φιλόσοφος. Πα. ἴνα τοίνυν μὴ πάνυ θαυμάζῃς, μὴ ὃ τὸ παράγγελμά σοι δοκῇ χλένης ἄξιον, φέρε παρατυπωσώμεθα παρ' ἡμῶν αὐτοῖς. ἠγγέλθαι μὲν αὐθημέρον εἰς τὴν χώραν ἐμβεβληκέναι πολεμίους, εἶναι δ' ἀναγκαῖον ἐπεξιέναι, καὶ μὴ περιορᾶν ἔξω δῃουμένην τὴν γῆν. ἅμα γρατηγὸν δ' παραγγέλλειν ἅπαντας εἰς τὸν καταλογον τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δὴ χωρεῖν τοὺς ἄλλους. ἐν δὲ δὴ τούτοις, φιλοσόφους τινὰς, καὶ ῥήτορας, καὶ παρασίτους. σκόπει τοίνυν ἀποδύσωμεν αὐτούς. ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας ὁπλίζεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον. ἐθὲ δὴ τοὺς ἄνδρας ὦ γλυκύτατε καθ' ἕκαστον, καὶ δοκίμαζε τὰ σώματα. τοὺς μὲν τοίνυν αὐτῶν, οἷσπερ εὐδεία ἴδοις ἂν λεπτοὺς, καὶ ὠχροὺς πεφυκότας, ὥσπερ ἥδη βασανίτας παρῳδηκότας. ἀγῶνα μὲν

tu corrigens, & quod erratum erat, restituens: haudquaquam, subijcis, sed ἄτερον ἀντῶν occîdit. Omitto antiqua illa, videlicet τειῶν μιωνῖν, & αὐηνεμία, & πέταμαι, & ἐκχύνειν; & quæ alia præclara in orationibus tuis effulgent. Nam quæ paupertatis causa facis, ô chara Adrastia, nemini exprobrauero. Ignoscendum enim, siquis fame coactus, depositò à ciue accepto, deierauit se non accepisse: aut siquis impudenter petit, imò verò mendicat, & furatur, & publicanorum more rapit. Haud equidem ista dico. Nequaquam enim inuidiosum est, quòd inopiam quoquo modo depellis: sed illud intolerabile tandem, quòd pauper cùm sis, in solas huiusmodi voluptates, ea omnia profundis, quæ per impudentiam acquiris. Nisi siquid laudare mihi concesseris, vrbanè admodum à te factum, quando cùm Tisiæ artem noris, Discoracis opus ipse peregisti, surreptis stulti illius senis triginta aureis. Ille autem propter Tisiam, pro libro

πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε, κατασοφισθείς. πολλά ἐστι μοι ἔχων εἰπεῖν, τὰ μὲν ἄλλα ἐκὼν ἀφίημί σοι. ἐκεῖνο δὲ μόνον προσλέγω, πρᾶπε μὴ ταῦτα, ὅπως σοι φίλον, καὶ μὴ παύσασθαι τὰ τοιαῦτα ἐς ἑαυτὸν παρανῶν. ἐκεῖνο δὲ μηκέτι. ἄπαγε. οὐ γὰρ ὅσιον ἐπὶ τὴν ἰατρὸν ἰέναι τοὺς τοῦτα διαπραττομένους καλεῖν, καὶ φιλοτησίας προσπίνειν, καὶ ὄψων τῶν αὐτῶν ἅπτεσθαι. ἀλλὰ μὴ δὲ ἐκεῖνο ἔστω τὸ ἐπὶ τοῖς λόγοις, φιλήματα. καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποφράδα σοι ἐργασαμένους τὸ σῶμα. κἀπειδὴ ὥρα ἀπαξ φιλιᾶς παραινέσεως ἠξιώμην, κἀκεῖνά σοι δοκεῖ, ἄφελε, τὸ μύρῳ χρίεσθαι τοὺς πολιάς, καὶ τὸ πτίττεσθαι μονονουχί. εἰ μὲν γὰρ νοσοῖ τις ἐπείγει, ἅπαν τὸ σῶμα θεραπεύειν. εἰ δὲ μηδὲν νοσεῖς τοιοῦτον, τί σοι βούλεται καθαρὰ, καὶ λεία, καὶ ὀλόγυμα ἐργάζεσθαι, ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι θέμις. ἐκεῖνο σοι μόνον σοφὸν, αἱ πολιαὶ, καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι, ὡς προκάλυμμα εἶεν τῆς βδελυρίας. φείδου δὴ αὐτῶν πρὸς Διὸς καὶ τούτῳ. καὶ μάλιστα τῶν πώγωνος αὐτῶν. μηδὲ μιαίνης ἔτι,

septingentas, & quinquaginta drachmas exoluit, deceptus. Multa præterea possem dicere: sed alia lubens tibi remitto. Solum autem illud addo. Age fac ista vt lubet: neque desieris huiusmodi in te ipse debacchari. Illud autem non amplius: apage. Non enim fas est ad eosdem lares vocare eos qui talia committunt: & amicitiæ pocula præbibere, eadémque opsonia attingere. Sed neque sit illud quod est prærer verba, scilicet oscula: idque erga eos qui nõ multò antè os tibi apophradem effecêre. Ac postquam semel admonitionem amicã orsus sum, illa etiã, si videtur, à te amoue, scilicet quòd canos inungis vnguento, soláque illa pice illinis. Si enim morbus aliquis vrgeret, totum corpus esset curandũ. Nunc autem quum tu nihil huiusmodi ægrotas, quid attinet pura, & læuia, & glabra illa tibi reddi, quæ ne aspici quidem fas erat. Vnũ illud, quo sapientiam præ te feras, tibi est relictum, cani videlicet, quódq; nõ amplius nigricas, vt sint veluti nequitiæ tuæ operculũ. Proinde parce ipsis per Iouẽ etiã in hoc: ipsi verò barbæ in primis, quã nec

μηδὲ ἰβείσης. εἰ δ' μὴ, ἐν νυκτί γε, καὶ σιωπῇ σκότῳ. τὸ δ' μεθ' ἡμέραν, ἄπαγε κωμῳδὴ ἀγρεῖον, καὶ θηριῶδες. ὁρᾷς; ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν Καμαρίναν ἐᾶν, μηδὲ καταγελᾶν τῆς ἀποφράδος, ἣ σοι ἀποφράδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσεται. ἢ ἔτι προσδεῖ τινος, ὡς τὸ γε ἐμὸν οὐπω ἐλλείπει. καίπω γοῦν οἶδα ὡς ὅλως ἡ ἁμαξᾶν ἐπεπάτησο, δέον σε παιπάλημα, καὶ κίναιδος, ὑποπτήσσειν εἴ τις αὐτῆς δεῖται, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον, μελάμπυγος, δεῖμυ μόνον εἰς σὲ ἀποβλέψειεν. ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελᾷσι, τὸ παιπάλημα, καὶ τὸ κίναιδος ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα, καὶ γρῖφους ἀκούσας. ἄγνωστα γάρ σοι τῶν σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. ὥστε ὥρα ἤδη καὶ ταῦτα συνοφαντεῖν, εἰ μὴ πεπλῆ, καὶ τέρατα λῇ σοὶ ἡ ἀποφρὰς ἐντέτηκεν. αἰτιῶ δ' σαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν. ὡς γὸ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἰώθει, Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης, καὶ αὐθαδείας, τὸ τέλος δυσχέρεια γίγνεται.

A

B

C

D

E

polluas amplius, nec contumelia afficias: quod si nequeas, noctu saltem, & in tenebris, sed interdiu, apage: Nam agreste admodum est, & ferinum. Vides quanto satius erat tibi immotam sinere Camarinam: neque Apophradem deridere, quæ totam vitam tibi atram reddet? An etiam amplius aliquid desideras? Nam quantum in me est, nunquam deficiet. Nondum igitur scis, quòd totum tibi plaustrum attraxisti, cùm tibi, omnifariam scelerate, & cinæde, verendum esset, siquis vir hirsutus, & hoc priscum, Melampygus, acerbè solùm intueretur te. Fortassis hæc quoque iam ridebis, quæ dixi, scilicet pæpalema, & cinædus, ac si ænigmata quædam, & griphos audieris. Ignota enim tibi sunt tuorum operũ nomina. Quare iam licet tibi hæc calumniari, nisi tripla, etiam quadrupla Apophras tibi est retributa. Te ipsum autem postremò accuses. Nam vt præclarus ille Euripides solitus est dicere. Oris infræni, & stultitiæ, & iniquitatis finis infœlicitas esse consueuit.

DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ. DE DOMO.

ARGVMENTVM.

Obliqua quadam domus laudatio est, cuius & situm, & structuram, & tecti, cæterarumque partium ornamenta, postremò etiam parietum picturas describit, additis passim amplificandi gratia, etiam similitudinibus quibusdam. Atque hæc omnia sub disputationis, seu contentionis quadam figura, qua de pulchritudine domus vtrum ea videlicet, ad inuitandum, & inuandum oratorem in eadicentem, plus prosit, an nocat, disputatur. Cuius quidem affirmatiua pars priore loco tractatur ab effectu & patestate pulchritudinis comprobata, additis & exemplis, & similitudinibus, eodem pertinentibus. Altera autem, ac negatiua per Prosopopœiam subiungitur. Fingitur enim alia quadam alterius oratio, superiorem refellens, & similitudines, & quæ de vi pulchritudinis à superiore afferuntur, per inuersionem confutans, ipsa eadem suam sententiam ab aliis elegantiæ ac pulchritudinis effectibus, cæterea & Herodoti testimonio, & ipsorum auditorum exemplo, confirmare. Ac in priore quidem parte situs domus, & tecti, cæterarumque partium elegantia depingitur: in posteriore verò parietum pictura, describuntur, vt ex eo quaque re, omnia ac gratia quadam scripto accedat.

ΕΙτα Αλέξανδρος ἐπεδύσατο ἐν τῷ Κύδνῳ λούσασθαι, καλόν τε ὂν θέαμα ἰδεῖν, καὶ ἡδὺ ἅμα διὰ τὴν ὥραν· ἦν γὰρ θέρος· καὶ ἅμα ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι τὸ ῥεῦμα, ἀτρεμαῖόν τε καὶ ἡσυχῇ ῥέον, καὶ ἅμα ἡδὺ, καὶ ψυχρὸν θέρους ὥρᾳ· ὥστε καὶ ἐπὶ φρονήματι τῷ τότε, ὡς ἐκόσμησεν. ἀπὸ δὲ τούτου, δέκα

ERgo Alexander quidē cupiuit in Cydno lauari, cū & pulchrum & simpidum conspexisset hūc fluuium, & tutò profundum, & leniter concitatū, & natatu iucundū & æstiuo tempore frigidum; adeò vt etiamsi manifestus ipsi fuisset metus, quo hinc laborauit, videatur mihi

μοιεν ἂν τοῦ λουτροῦ ἀποχέσθαι, οἶκον δὲ τις ἰδὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον, καὶ χρυσῷ στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον, οὐκ ἂν ὑπομνήσειε λόγους ἐν αὐτῷ διατρίβειν, καὶ ἐνευδοκιμῆσαι, καὶ ἐλλαμπρύνασθαι, καὶ βοῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὡς ἐνὶ μάλιστα καὶ αὐτὸς μέρος τῶ κάλλους αὐτῶ γενέσθαι, ἀλλὰ περισκοπήσας ἀκριβῶς, καὶ θαυμάσας μόνον, ἄπεισι, κωφὸν αὐτὸν, καὶ ἄλογον καταλιπών, μήτε προσειπών, μήτε προσομιλήσας, ὥσπερ τις ἀφανὴς, ἢ φθόνῳ σιωπᾷν ἐγνωκώς; Ἡράκλεις, οὐ φιλοκάλου τινὸς, οὐδὲ περὶ τὰ εὐμορφότατα ἐρωτικῶς τὸ ἔργον, ἀγροικίας δὲ πολλῆς, καὶ ἀπειροκαλίας, καὶ προσέτι ἀμουσίας, τὴν ἡδίστων αὐτὸν ἀπαξιοῦν, καὶ τῶν καλλίστων ἀποξενοῦν, καὶ μὴ σωιέναι ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς περὶ τὰ θεάματα νόμος ἰδιώταις τε, καὶ πεπαιδευμένοις ἁρμόσειν, ἀλλὰ τοῖς μὲν, ἀπόχρη τὸ κοινὸν τοῦτο ἰδεῖν μόνον, καὶ περιβλέψαι, καὶ τῷ ὀφθαλμῶ περιενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνακῦψαι, καὶ

non fuisse ab hoc lauacro sibi temperaturus. Siquis autem videat domum mole maximam, forma pulcherrimam, luce clarissimam, auro fulgentissimam, & picturis floridissimam, non expetat in ea orationem habere, si hoc in studio versetur, & in ea celebrari, & inclarescere, illámque voce implere, & quàm maximè licet, etiam ipse pars aliqua pulchritudinis illius esse: at eam vndique diligenter contemplatus, & solùm admiratus, abeat surdam ipsam, & orationis expertem relinquens, nec alloquendo, nec sermonem conferendo, perinde atque mutus aliquis, aut qui inuidia tacere decreuit? Hercle hoc non faciat homo elegantiæ studiosus, & rerum pulcherrimarum amator: sed magnæ rusticitatis, insciticæ, & imperitiæ fuerit, suauissimis rebus seipsum velut indignum abstinere, & à pulcherrimis velut exulem relegare, neque intelligere, indoctos & eruditos viros non eadem lege spectaculis frui: sed illis quidem sufficere quòd hoc solum commune vident, & circunspiciunt, oculósque circunferunt, ac sursum versus tectum spectant, ma-

ἢ χεῖρα ὑποσεῖσαι, ἢ καθ' ἡσυχίαν ἡδέως, δεῖ τὸ μὴ διὰ δυωνδέως ἄξιόν τι τῶν ἐπιμιμνήσεων εἰπεῖν. ὅστις δ' μὴ παιδείας ὁρᾷ τὰ καλὰ, ὡς ἂν οἶμαι ἀγαπήσειεν, ὄψει μονῃ χαρπωσάμενος τὸ τερπνὸν, οὐδ' ἂν ὑπομεῖναι ἄφωνος θεατὴς τῶ κάλλους γένοιτο. πειρᾶσθαι δ' ὡς οἷόν τε, καὶ ἐνδιατρίψαι, καὶ λόγῳ ἀμείψασθαι τὴν θέαν. ἡ δ' ἀμοιβὴ, ὡς ἔπαινος τῶ οἴκου μόνον. τοῦτο μὲν ἴσως οἰκείνῳ τῷ νησιώτῃ μειρακίῳ ἔωρεπε, τὴν Μενέλεω οἰκίαν ὑπερπεπλῆχθαι, καὶ πρὸς τὰ ἐν οὐρανῷ καλὰ, τ' ἐλέφαντα, καὶ τὸν χρυσὸν αὐτῆς ἀπεικάζειν, ἅτε μηδὲν ἐν γῇ καλόν τι ἄλλο ἑωρακότι. ἀλλὰ καὶ τὸ εἰπεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ τοῖς βελτίοσις συγκαλέσαντα, λόγων ὑπόδειξιν ποιήσασθαι, μέρος τῶ ἐπαίνου καὶ τοῦτο ἡρέσατο ἄν, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπόδεσιν οἶμαι, οἴκων ὁ κάλλισος ἐς ὑποδοχὴν λόγων ἀναπεπταμένος, καὶ ἐπαινῶν, καὶ εὐφημίας μεστὸς ὤν, ῥᾴδιος καὶ αὐτὸς ὥσπερ τὰ ἄῤῥα συνεπαινῶν, καὶ τοῖς λεγομένοις παρακολουθῶν, καὶ παρατείνων τὸ τελευταῖα τῆς φωνῆς, καὶ τοῖς ὑφ' ὑποις τοῖς

A

B

C

D

E

númque quatiunt, & tacitè voluptatem capiunt, præ metu nequid non satis dignum ijs quæ spectantur, proferant. At qui cum eruditione spectat res pulchras, illi puto non sat eris solo visu id decerpere quod delectabile est, neque mutus pulchritudinis spectator esse sustinebit: sed quoad fieri potest, & in eo immorari, & oratione visum compensare conabitur. Cæterùm ea compensatio non est laus duntaxat domus. Hoc enim fortè insularem illum adolescentem decebat Menelai domum summa admiratione cõtemplari, & cum ijs quæ in cœlo pulchra sunt, eius ebur & aurum comparare, vt qui in terris pulchri aliud nihil vidisset. Sed & in ea dicere, & optimis quibusque conuocatis orationẽ habere, pars quædã laudis hoc quoque fuerit. Atque adeò rem suauissimam arbitror esse, Domum, pulchertimam ad suscipiendas orationes apertam, laudis & commendationis plenam, leniter vt antra consonantem, & ea quæ dicuntur sequentem, postremque sermonis protendentem, vltimísque

λόγων ἐμβεβαδύνων. μᾶλλον ὃ
ὡς ἂν τις ἐυμαθὴς ἀκροατὴς
διαμνημονεύων τὰ εἰρημένα, καὶ
τὰ λέγοντα ἐπαινῶν, καὶ αὐτίδοσιν
ἐκ ἀμούσου πιεσύμενος ὡσὲς
αὐτὰ, οἷόν τι πάθοιεν ὡσὲς τὰ
αὐλήματα τῶν ποιμένων αἱ
σκοπαὶ ἐπαυλῆσαι, τῆς φω-
νῆς ἐπικοσύσης καὶ τὸ αὐτίτυ-
πον, καὶ ὡσὲς αὐτὸν ἀναφε-
φέσης. οἱ ὃ ἰδιῶται, νομίζουσι
παρθένον τινὰ εἶναι τὸν ἀμει-
βομένων τὸν ἀφίστας, ἢ βοῶν-
τας, ἐν μέσοις που τοῖς κρημνοῖς
καὶ τοιούτοις, καὶ λαλῆσαν ἐκ
τῶν πέτρων ἐνδοθεν. ὅ μοι γᾶν
δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴκου
πολυτελείᾳ ἢ τὸ λέγοντος
ἀνάκειμ, καὶ ὡσὲς τὸν λόγοις
ἐπεγείρεσθαι, καθάπερ τι καὶ
ὑποβαλλούσης τῆς θέας. ὀρθὸν γὰ εἰκεῖ τι διὰ τῶν ὀφ-
θαλμῶν ἐπὶ τὸν ψυχὸν καλόν. εἶτα ὡσὲς αὐτὸ κοσμῆσαν
ἐκπέμπει τὸν λόγον. ἢ τῷ μὲ
Ἀχιλλεῖ πεσύσθω τὸν ὄφιν
τῶν ὅπλων ἐπιπεῖναι καὶ τῶν
φρυγῶν τὸν ὁρμὸν, καὶ ἐπει-
δὴ εἰσέδυ αὐτὰ πιεσώθυος, ἐ-
παρθῦναι, καὶ πεπωσθῦναι
ὡσὲς τὸν τὸ πολέμου ἐπι-
θυμίαν, λόγου ὃ ἀκουσθῦναι
μὴ ἐπιτίνεσθαι ὡσὲς καλλη

verbis immorantẽ: imò verò
quemadmodum docilis au-
ditor solet, ea quæ dicuntur
memoria repetẽtem, & eum
qui dicit laudantem, nec in-
A scita relatione acceptã repẽ-
dentem: quale quiddam
accidit & speculis pastorum
tibijs & cantu resonantibus
voce in contrarium reper-
cussa, atque in seipsam
B reuertente. Idiotæ autem
putant virginem quandam
esse quæ canentibus, & cla-
mantibus respondeat, media
præcipitia incolens, intúsq; de rupibus loquẽs. Mihi ita-
C que videtur, vnà cũ magnifi-
centia domus, etiam dicen-
tis animus attollere sese, &
ad perorandum excitari:
vt cui visus ipse nonnihil
subministrat. Ferè enim
D per oculos ad animum in-
fluit aliquid pulchri, ad
quod deinde exornatam o-
rationem emittit. An verò
Achilli credimus visum ar-
morum intendisse illum cõ-
tra Troianos impetum, &
cùm ea experiendi tantùm
E gratia induisset, elatum
fuisse, & velut alis ad
belli desiderium abreptum:
dicendi autem studium pul-
chritudine locorum non in-
tendi? Acqui Socrati quidem

χωείων; καίτοι Σωκράτει μὴ

ἐπέχρησε πλάτανος ἐυφυὴς, καὶ πόα εὐθαλὴς, καὶ πηγὴ διαυγὴς, μικρὸν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ. κἀνταῦθα καθεζόμενος, Φαίδρου τὸ μυρρινήσιον κατειρωνεύετο, καὶ τὸν Λυσίου τοῦ κεφάλου λόγον διήλεγχε, καὶ τοὺς μύθους ἐκάλει, καὶ ὑπέσευεν ἥξειν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν, συμπεπλεγμένους τοῖς περὶ τοῦ ἔρωτος λόγοις. καὶ οὐ ἠρυθριάκει γέρων ἀνὴρ τοιοῦτος, παρακαλῶν παῖδας ἐρασταῖς. ἡμεῖς δὲ οὐ τοσοῦτον ἐσμὲν εἰς τὸν τόπον χαῖρον, ἐφ' οὐ καὶ οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτοὺς ἐλθεῖν; καὶ μὴν οὐ κατά γε σκιὰν μόνον, οὐδὲ κατὰ πλατάνου κάλλος ἢ εὐωδίαν. οὐδ' ἂν τὴν ὑπὸ τῷ Ἰλισσῷ καταπατῶν, τὴν βασιλέως λέγω τὴν χρυσῆν. ἐκείνης μὲν γὰρ, ἐν τῇ πολυτελείᾳ μόνῃ τὸ θαῦμα. τέχνη δ', ἢ κάλλος, ἢ τέρψις, ἢ τὸ σύμμετρον, ἢ τὸ εὔρυθμον, οὐ συνείρασα, οὐδὲ κατεμέμικτο τῷ χρυσῷ, ἀλλ' ἰδοὺ βαρβαρικὸν τὸ θέαμα, πλοῦτος μόνον, καὶ φθόνος τῶν ἰδόντων, καὶ εὐδαιμονισμὸς τῶν ἐχόντων. ἔπαινος δ', οὐδαμοῦ πρόσεστιν. οὐδὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρταξέρξου τῶν καλῶν, οὐδὲ πρὸς τὸ τερπνὸν ἐποιοῦντο τὰς ἐπιδείξεις

satis fuit, platanus frondens, & herba virescens, & fons limpidus non procul ab Ilisso: atque ibi sedens, & Phædrum illum Myrrhinusium verbis eludebat, & Lysiæ filij Cephali orationem redarguebat, & musas accersebat, quas ad se in desertum venturas credebat, & coadiuturas se ad institutum de amore sermonem. Neque verebatur homo senex advocare virgines ad masculos amores intelligendos. Nos autem in locum adeò pulchrum non putemus eas etiam non vocatas venturas esse? Ac sanè non in vmbra solùm, aut sub platani pulchritudine receptaculũ hoc erit: neque etiam illa ad Ilissum amœnitate relicta, regis domum auream cum hac conferueris. Nam illius quidem admiratio in magnificentia tantùm cõsistebat: ars autem, vel pulchritudo, vel delectatio, vel proportio, vel concinnitas nulla respondebat, neque auro permixta erat: sed barbaricum erat spectaculum, mera opulentia, & inuidia spectantium, & fœlicitatis iactantia possessoribus: sed quod laudares, nihil illi aderat. Neq; enim Arsacidis erat vlla pulchri ratio: neque res eas ad voluptatem ostentabant,

οὐδὲ ἐφεόντιζον, εἰ ἐπαινέσονται οἱ θεαταὶ, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσονται. οὐ φιλέλληνες γὰρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί εἰσιν οἱ βάρβαροι. τούτου γὰρ τῆς οἰκου τὸ κάλλος, οὐ κατὰ βαρβαρικοὺς τινας ὀφθαλμοὺς, οὐ γὰρ φρικώδη ἀλαζονίαν, ἢ βασιλικὴν μεγαλαυχίαν, οὐδὲ πένητος μόνον, ἀλλὰ ἐυφυοῦς θεατοῦ δεόμενον. καὶ ὅτῳ μὴ ἐν τῇ ὄψει κεῖται, ἀλλά τις καὶ λογισμὸς ἐπακολουθεῖ τοῖς λεγομένοις. τὸ γὰρ τῆς ἡμέρας πρὸς τὸ κάλλιστον ἀποβλέπειν, κάλλιστον δ' αὐτῆς καὶ πολειότατον ἡ ἀρχή. καὶ τὸ ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι, καὶ τῷ φωτὶ ἐμπίπλασθαι ἐς κόρον, ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν. καθ' ὃ καὶ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοὶ, καὶ τὸ τοῦ μήκους πρὸς τὸ πλάτος, καὶ ἀμφοῖν πρὸς τὸ ὕψος ἔυρυθμον, καὶ τῶν φωταγωγῶν τὸ ἐλεύθερον, καὶ πρὸς ὥραν ἑκάστην εὖ ἔχον, πῶς οὐχ ἥδεα ταῦτα πάντα, καὶ ἐπαίνων ἄξια; ἔπ' ᾧ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τὸ ὀρόφης ἐν τῷ εὐμόρφῳ τὸ ἀπέρειτον. καὶ τῷ εὐκόσμῳ τὸ ἀναπεπταμένον, καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ ἐς τὸ εὐπρεπὲς σύμμετρον, ἀλλὰ μὴ περὶ καὶ χρείας ἐπῴδουσαν,

neq; curabãt à spectatoribus laudes, sed admirationẽ cõsequi. Nõ enim elegãtię, sed opum amantes sunt barbari. At huius domus pulchritudo, nõ ad barbaricos oculos, neq; ad Persicã arrogantiã, aut regiã iactantiã cõparata, honmodò pauperẽ, sed & ingeniosum spectatorẽ postulat: cui nõ solũ in visu iudiciũ, sed cuius æstimatio verba sequatur. Nã quod & ad pulcherrimã diei partem respicit (pulcherrima autem ipsius pars, & maximè amabilis, principiũ est) & solẽ emergentẽ statim excipit, & lumine ad satietatem vsque repletur foribus adapertis; qua ratione suã templa condiderunt veteres, vt ea parte intuerentur: deinde quòd longitudo cum latitudine, & vtraque cum altitudine iusta proportione consentiunt, & feneſtræ liberæ, & ad quodlibet anni tempus bene comparatæ sunt, quî hæc omnia non sint suauia, multáque laude digna? Præterea miretur quispiã tectũ, cuius pulchritudo nihil affectatũ, elegantia nihil reprehendendum habeat, cui aurum modicè ad decus sit additum: non autem vbi eo est opus immodicè illitum:

δὴ ὁπόσον αὖ καὶ γυναικὶ σώφρονι, καὶ καλῇ, ἀρκέσει ὁπόσον μόνον ἐργάσασθαι τὸ κάλλος, ἢ περὶ τῇ δειρῇ λεπτός τις ὅρμος, ἢ περὶ τῷ δακτύλῳ σφενδόνη ἔυφορος, ἢ ἐν τοῖν ὠτοιν ἑλλόβια, ἢ πόρπη τις, ἢ ταινία τὸ ἄφετον τῆς κόμης συνδέουσα, τοσοῦτον τῇ εὐμορφίᾳ προστιθεῖσα, ὅσον τῇ ἐσθῆτι ἡ πορφύρα. αἱ δὲ γε ἑταῖραι, καὶ μάλιστα αἱ ἀμορφόταται αὐτῶν, καὶ πολὺ ἐσθῆτα ὅλην πορφυρᾶν, καὶ πολὺ δειρὴν χρυσῷ πεποίλωται, τῷ πολυτελεῖ θηρώμεναι τὸ ἑπαγωγὸν, καὶ τὸ ἐνδέον τῷ καλῷ, προστίθεσι τὸ ἔξωθεν τερπνὸν παραμυθούμεναι. ἠγοῦνται γὰρ καὶ πολὺ ὠλένην αὐτῶν σιλπνοτέραν φαίνεσθαι, συναπολάμπουσαν τῷ χρυσῷ, καὶ τὸ ποδὸς τὸ μὲν εὐπερίληπτον, λήσειν νόμῳ χρυσῷ συνδήλῳ, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτὸ ἐρασμιώτερον γνώσεσθαι, τῷ φαεινοτάτῳ συμπρώμενον. δὴ ἐκεῖναι μὲν οὕτως. ἥδε γε σώφρων γυνὴ, χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα, καὶ μόνον τὰ ἀναγκαῖα προσχρῆται. τὸ δὲ αὐτῆς κάλλος, ὃν αὖ αἰσθοῖτο οἶμαι καὶ γυμνὸν δεικνύουσα. καὶ τοίνυν ἡ τοῦδε τοῦ οἴκου

sed quantum, perinde atque mulieri castæ & formosæ satis sit, ad pulchritudinē reddendam insignioré, vel circa collū tenue aliquod monile, vel circa digitum annulus gestabilis, vel pendentes ab auribus inaures, aut aliqua fibula, vel tænia comam diffluentem colligans, quæ tantum pulchritudini apponit, quantū vestitui purpura. At meretrices, in primis quę ex illis sunt deformiores, vestem purpuream totam, & ceruicem auream facere solenr, pellaciam hac magnificentia venantes, & quod pulchritudini deest, externæ venustatis appositione solantes. Arbitrantur enim suos lacertos auro resplendentes, apparere nitidiores, & pedis incongruam figuram aureo sandalio tectum iri, faciémque ipsam fore amabiliorem, si cum re quapiam splendidissima conspiciatur. Atque illæ quidem hoc pacto. Modesta verò mulier, auro quidem pro eo ac satis est, atque solùm vbi opus est, vtitur: suam verò pulchritudinem etiam nudam ostendere non verebitur. Proinde etiam huius domus tectum, imò potiùs caput,

ἐυπρόσωπος μὴ ᾖ καθ' ἑαυτὸ, τῷ χρυσῷ δὲ ἐς πόσον κεκόσμηται, ἐς ὅσον ἡ οὐρανὸς ἐν νυκτὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων, ἐκ διασήματος περιλαμπόμενος, ἢ ἐκ διαλείμματος αὐδῶν τῷ πυρί. εἰ δέ γε πῦρ ἦν τὸ πᾶν, οὐ καλὸς ἂν, ἀλλὰ φοβερὸς ἡμῖν ἔδοξεν. εἶδοι δ' ἂν τις οὐδὲ ἀργὸν ἐνταῦθα τὸ χρυσὸν, ἀδὲ μόνου τοῦ τέρποντος εἵνεκα τῷ λοιπῷ κόσμῳ συνεπαρμῶον, ἀλλὰ ἢ ἀυγῇ τινα ἡδεῖαν ἀπολάμπει, ἢ τὸ οἶκον ὅλον ἐπιχρώννυσι τῷ ἐρυθήματι. ὁπόταν γὰρ τὸ φῶς περιπεσὸν ἐφάψηται, ἢ ἀναμιχθῇ τῷ χρυσῷ, κοινόν τι ἀπεργάζονται, ἢ διπλασίαν τὸ ἐρυθήματος ἐπιφαίνουσι τὴν αἰθρίαν. τὰ μὲν δὴ ὑψηλὰ, καὶ κορυφαῖα τὸ οἴκου, τοιάδε, Ομήρου τινὸς δεόμενα ἐπαινέτου, ἵνα αὐτὸν ἢ ὑψόροφον ὡς τὴν Ελένης θάλαμον, ἢ αἰγλήεντα, ὡς τὸν ὄλυμπον εἴποι. τὸν δ' ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμματα, καὶ τῶν ζωγράφων τὰ κάλλη, καὶ τὸ ἐναργὲς ἑκάστου, καὶ τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἀληθὲς, ἔασον ὄψει, καὶ λειμῶνι δὲ ἐυανθεῖ, καλῶς ἂν ἔχοι παραβαλεῖν. ἀλλὰ περὶ ὅσου ἐκεῖνα μὴν

per se quoq; est formosum, auro autem tantum est exornatum, quantum & noctu stellis cœlum, certis interuallis circunsplendet, certísque interstitijs igni collucet. Quòd si totum foret igneum, non pulchrũ, sed terribile nobis videretur. Cæterùm videre etiam licet aurum hîc haudquaquam otiosum, aut delectandi duntaxat gratia reliquo ornatui interspersum esse: sed & fulgorem non iniucundum de se præbere, & totam domum suo rubore velut inficere. Quando enim lux diei incidens applicatur, & cum auro commiscetur, communem splendorẽ reddunt; duplicem ruboris claritatem exhibent. Hæc quidem sunt quæ ad fastigium, & verticem domus pertinẽt, quibus Homero aliquo laudatore esset opus, qui illã vel celsiorem, perinde atque Helenes thalamum, vel refulgentem, velut Olympum appellaret. Reliquum autem ornatum, & parietum picturas, & colorum pulchritudinem, & vniuscuiusque euidentiam, diligentiam, & veritatem, cum facie veris, & florido prato rectè compares. Nisi quòd illa defloreſcunt, marceſcunt, mutantur, καὶ μαραίνεται, καὶ

ἀλλὰ πίεται, καὶ ἀποβάλλει τὸ ἄνθος, τοῦτ' ἔστι τὸ ἦρ ἀΐδιον, καὶ ὁ λειμὼν ἀμάραντος, καὶ τὸ ἄνθος ἀθάνατον, ἄτε μήτης τῆς ὄψεως ἐφαπτομένης, καὶ ἀπολαυούσης τοῦ ἡδέος τῶν ἀπολαυόντων. τὸ δὴ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα, τίς ἂν οὐ ἡδέως βλέπων, ἢ τίς ἂν οὐ θαυμάσειε καὶ παρὰ τὴν δύναμιν ἐν αὐτοῖς λέγειν, εἰδὼς ἄχρηστον ὂν ἀπολειφθῆναι τῆ ὁρωμένων; ἐπαγωγότατον γάρ τι ἡ ὄψις τῶν καλῶν. οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵππου ἥδιον ἂν εἶμαι δρόμοι καὶ θέαν τοῦ πεδίου, καὶ μαλακῆ, θέοντος δεχομένη τὴν βάσιν, καὶ ἁρμα ὑπείκοντος τῷ ποδὶ, καὶ μὴ ἀντιπούντος τῆ ὁπλῆ. ἅπαντι γοῦν τότε χαίρει τῷ δρόμῳ. καὶ ὅλον ὑπηδεῖ ἑαυτὸ τῷ τάχει, ἁμιλλᾶται καὶ πρὸς τὸ πεδίον τὸ κάλλος. οὐδὲ ταῦς, πρὸς ἀριθμοῦ, πρὸς λειμῶνα τινὰ ἐλθὼν, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη θέρεσιν, ὑποδεέστερος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, ἀνθηρότερος, καὶ πὶς βαφαὶ καθαρώτερος, τότε καὶ ἅπας ἐκπετάσας τὰ πτερὰ, καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ, καὶ τὴν οὐρὰν ἐπάφεις, καὶ πάντοθεν αὐτῷ πειρώμενος,

tantur, & abijciunt pulchritudinem. Sed hoc ver perpetuum, & pratum nunquam marcescens, & flos immortalis: vt pote solo visu hæc tangente, & eorum quæ A carpuntur, suauitatem decerpente. Proinde quis tantarum, taliúmque rerum aspectu non delectetur: aut quis non expetat, etiam præter facultatem B inter ea orationem habere, cùm sciat turpissimum esse à visis superari? Maximam enim alliciendi vim habet aspectus pulchrorum, non erga homines solùm: sed & equus, opinor, libentiùs currat per campum pronum, & mollem, placidè gressum capientem, & sensim pedi cedentem, neque vngulæ resistentem. C Toto igitur tunc vtitur cursu, totúmque se ipsum tradens celeritati, certat etiam cum campi pulchritudine. Pauo autem ineunte vere, ad pratum aliquod D accedens, quando & flores prodeunt, non amabiliores modò, sed, & vt ita dicam, floridiores, & colore puriores: tunc ipse quoq; extensis pennis, ijsq; soli ostensis, & sublata cauda, & circumquaque expansa, E

ἐπιδείκνυται τὰ αὐτὰ τὰ αὐτῆ, καὶ τὸ ἔαρ τὸ πτερῶν, ὥσπερ αὐτὴ προκαλούμενος τὸ λειμῶνος ἐς τὴν ἄμιλλαν. ἐπιστρέφει γοῦν ἑαυτὴν, καὶ περαίνει, καὶ ἐκπομπεύει τῷ κάλλει. ὅτε δὴ καὶ θαυμασιώτερος φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀλλαττομένων αὐτῇ τῶν χρωμάτων, καὶ μεταβαινόντων ἠρέμα, καὶ πρὸς ἕτερον εὐμορφίας εἶδος βεπομένων, πάσχει ἡ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἴριδός τινος ἕκαστον περιθεούσης. ὁ μὲν τέως χαλκοῦς ἦν, τοῦτο ἐγκλίναντος ὀλίγον, χρυσοῦς ὤφθη. καὶ τὸ αὐτὸ τῷ ἡλίῳ κυανανγὲς εἰ σκιαθείη, χλοαυγὲς ὄψιν. οὕτω μεταχωρεῖται πρὸς τὸ φῶς ἡ πέρωσις. ὅτι μὲν δὴ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προκαλέσασθαι, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα, ἴσθι, κἂν μὴ εἴπω. ὅτε εἰ καὶ παντάπασιν ἀπειρότης, καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβλῦαι, καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὴν μὲν αὔραν, κούφως ἐπουρίζουσαν τὴν ὀθόνιον, τὴν δὲ ναῦν, ἀσφαλῶς δὴ, καὶ λείως ἐπ' ἄκρων

suos etiã flores ostentat, & ver pennarum, ac si ad hoc certamẽ à prato prouocetur. Quare se ipsum cõuertit, & circumagit, & pulchritudine gloriatur: quando videlicet etiam admirabilior apparet ad splẽdorẽ solis, variantibus se coloribus, & sensim in alios atq; alios transeũtibus, aliámq; formæ speciẽ recipientibus. Accidit autẽ hoc potissimũ in circulis, quos in summis alis habet, quarũ quãlibet quasi irides quædã circunstant. Nam qui antè visus est æreus, mox inclinante se paululum illo, aureus conspicitur: & rursum qnod ad solem cæruleũ apparuit, si obumbretur, viride videtur: sic ad lucis mutationem mutatur pennarum ornatus. Quòd autem & mare idoneum est ad prouocandum, & ad cupiditatẽ concitandam, quãdo tranquillum apparet, ipsi scitis, etsi non dicã: quãdoquidem etsi quis procul in continenti habitet, sitque nauigationis imperitus, nihilominus & ipse illud ingredi cupit omnino, & circũnauigare, & procul à terra in altum trahi, in primis si auram videat, velum à tergo leniter prosequentem: nauẽ autem placidéque ac læuiter per summos

ἠρέμα διολισθάνουσαν τῶν κυμάτων. καὶ τοίνυν καὶ τῶδε τῷ οἴκου τὸ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπιχεῖραι, καὶ πάντα ζόφον εὐδοκιμῆσαι παρασκευάσαι. ἐγὼ μὲν δὴ τούτοις πίθομαι, καὶ ἤδη πέπεισμαι, καὶ ἐς τὸν οἶκον ἐπὶ λόγοις παρελήλυθα, ὥσπερ ἀπὸ ἰύγγος, ἢ σφῆνος τῷ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοὺς αὐτοὺς φανεῖσθαι, καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους. ἕτερος δέ τις ὢν ἀγχίνους λόγος, ἀλλὰ καὶ παγγενὴς, ὡς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρουε, καὶ διακόπτειν ἐπιεῖτο τὸν ῥῆσιν. καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, ὦ ἀληθῶς ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιτηδειότερον εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἶκου κάλλος, γραφῇ, καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον. αὐτὸ γάρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δ' εἰ δοκεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω ὅπη λειοτελέστερον ἥκει τῷ λέγοντι συνεῖναι οἴκου, καὶ ἀμορφίαν. ἐμοὶ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε εὐδὲν

paulatim fluctus labentem. Proinde etiam huius domus pulchritudo idonea satis est ad prouocandas orationes, & excitandum dicentem, eúmque modis omnibus reddendum celebrem. Itaque his credo, & iamdudum persuasus sum, & in domum dicendi gratia ingressus sum, pulchritudine ipsius veluti rhombo, aut Sirene tractus: spem haud exiguam habens, etiamsi antehac orationes meæ deformes fuerint, pulchras visum iri, perinde ac veste aliqua pulchriore exornatas. Cæterùm altera quædam oratio haudquaquam ignaua, sed valdè generosa, vt ait, inter loquendũ me interpellabat, & sermonem interrumpere conabatur: & postquam dicendi finem feci, vera negauit à me dici: se autem mirari, ait, si dicam domus pulchritudinem, picturis & auro exornatam, aptiorem esse ad orationes habendas. Nam contrarium euenire. Quin potiùs si videtur, ipsa prodiens oratio, tanquam apud iudices vos, dicat quatenus vilitatem, & deformitatem domus putet esse dicenti conducibiliorem. Equidem me iam audiuistis: proinde nihil opus est

δέομαι δὲ περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ, παρελθὼν πάλιν λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ σχεδὸν ὀλίγον αὐτῷ μεταδώσομαι. ἄνδρες τοίνυν δικασταί φησιν ὁ λόγος, ὁ μὲν πρεσβύτερος ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγάλα τόνδε τὸν οἶκον ἐκόσμησε, καὶ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἐκόσμησεν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω ψόγον αὐτοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ. ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ἐναντίως τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δειχθήσεται. καὶ πρῶτον γε ἐπιδὴ γυναικῶν, καὶ κόσμου, καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι. φημὶ γὰρ οὐ καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντίᾳ τὸν κόσμον τὴν πολιὰν, ὁπόταν τὶς ἐντυχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγείς, ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ χρόαν, ἢ ἐλέμμα, ἢ σκιρὸν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὴ, ταῦτ' ἀφεὶς, ἐς τὸν σαρδὸν, ἢ τὴν σμάραγδον, ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ μέλλιον ἀποβλέπῃ, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παροφθείς,

vt bis eadem de re dicam. Iste verò prodiens verba faciat, & ego tacebo, & aliquātisper ipsi locum dabo. Proinde, viri iudices, inquit oratio, Orator ille qui prior verba fecit, multis magníſq; laudibus hanc domum euexit, ſuáque oratione ornauit. Ego verò tantum abeſt, vt illam vituperare velim, vt etiam ea quæ ab illo prætermiſſa ſunt, addenda mihi putem. Nam quò pulchrior illa vobis apparuerit, eo magis contraria dicentis vſui oſtendetur. Ac primùm quidem, poſteaquam mulierum, & ornatus, & auri mentionem ille fecit, mihi quoque permittite vt hoc exemplo vtar. Nam aio mulieribus formoſis non modò nihil conferre ad pulchritudinem ampliorem reddendam, ornatum illum multū: ſed contrà aduerſari potiùs, quando eorum qui fortè aſpiciunt vnuſquiſque auro & gemmis pretioſis obſtupefactus, pro eo quòd laudare vel colorem, vel vultum, vel ceruicem, vel cubitum, vel digitum debebat, relictis his ad ſardium, vel ſmaragdum, vel monile, vel armillas reſpicit: vt ob id meritò illa neglecta dolere poſ-

διὰ τὸν κόσμον, ἢ ἀχθόντων ἀχλὺν ἐπαινεῖν αὐτὴν τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν. ὅθεν οἶμαι παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγοις δεινὸν κινοῦντα. λανθάνῃ γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ σκιαφράζεται, καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος, ἢ καμήλου δείκνυσι. τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν ὀπτεραῖτεται, ἐν οὕτως εὐφώνῳ, καὶ ἠχοῦντι οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει. μᾶλλον δὲ ὁπόταν αὐλὸν ἢ βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ ἀρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τὸν κελευστὴν ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπάδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ κατασιωπᾷ τὸ ἧττον. καὶ μοι κάκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντιδικος, ὡς ἀρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα, καὶ προθυμότερον παρασκευάζει. ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει,

fit, ſpectatoribus otium non habentibus laudandæ illius propter ornatum, ſed obiter duntaxat ipſam intuentibus. Quod neceſſe eſt opinor ei accidere, qui inter tam pulchra opera habet orationem. Latet enim in magnitudine pulchrarum rerum, quod dictum eſt, obſcuratúrque & abripitur: perinde ac ſiquis lucernam in magnum rogum injiciat, aut formicam in elephante vel camelo oſtendat. Proinde hoc dicenti eſt euitandum. Præterea & vocem ipſam turbat, qui in adeò vocali, & reſonante domo dicit. Nam illa reſpondet, & ex aduerſo reſonat, & contradicit: imò etiam dicentis vocem obruit: quale quiddam & tuba facit tibiæ, ſi pariter inflentur: aut hortatoribus mare, quoties illi ad fluctus ſtrepitum remigationi accinere volunt. Vincit enim magnitudo vocis, idque ſupprimit quod minus eſt. Quinetiam illud quod dixit aduerſarius, dicentē à pulchra domo excitari, & alactiorē reddi, quantum mihi videtur, contrà ſe habet. Obſtupefacit enim & terret, & rationem cōturbat,

καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ὄντων αἴσχιστον ἐν συμποσίῳ χωρὶς μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φανερώτατος, ὥσπερ αὖ εἴ τις παντελίαν καλλιὼ ἐνδὺς, ἔπειτα φεύγοι περὶ τῶν ἄλλων, ὅσῳ μότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος ὁ τὸ Ομήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος, συμμορφίας ἐλάχιστον φροντίσαι, μᾶλλον δ' ἂν παντελῶς αὐδρεῖα φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῶν παρὰ δόξοτερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος, ἐκ τῆς περὶς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. ἄλλως τε, καὶ ἄλυκη πᾶσα καὶ πλὴ τὸ λέγοντος αὐτῆ διανοίαν ἀσχολεῖσθαι περὶ πλὴ ὄψιν, καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν, τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης, καὶ περὶς αὐτὴν καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐ ἐώσης. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἕλαττον ἑρεῖν αὐτὸν τῆς ψυχῆς διατεινούσης περὶ τὸν τῶν ὁρωμένων ἔπαινον. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ, καὶ περὶς πλὴ ἀκρόασιν παρειλημμένοι, ἐπειδὰν εἰς τὸν τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, αὐτὶ ἀκροατῶν θεατὴ καθίστανται. καὶ

& timidiorem reddit, cogitantem nihil esse turpius quàm in speciosò loco simile quoque orationem non apparere. Index enim profectò iste omnium manifestissimus est, non aliter ac si quis armaturam pulchram induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior cùm sit meticulosus ex armis. Quod cùm perpendisset ille apud Homerum orator, videtur mihi minimam formæ curam habuisse: quin magis homini prorsus imperito seipsum assimilasse, quò maiori admirationi foret orationis ipsius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione. Præterea omnino necesse est, dicentis ipsius mentem circa intutum detineri, & cogitandi diligentiam languescere visu superante, & ad se vocante, neque orationi incumbere permittente. Quare fieri non potest quin is deterius dicat, animo circa eorum quæ videntur laudes occupato. Nam omitto dicere, eos qui adsunt, & ad auscultandum assumpti sunt, quum in huiusmodi domum venerint, ex auditoribus fieri spectatores. Nec

οὐχ οὕτω Δημοδόκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἦν, ὥστε ἀπὸ ἁπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὐδ' ἅπαξ ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδὸν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθείς, λέγων μὲ ἐκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀίοντι ἔοικεν. ὅλος δ' ὢν ἐς τοῖς ὁρωμένοις ἐστὶν, εἰμὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὤν, ἢ ἐν νυκτὶ ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν. ὅπου γὰρ ἂν ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀντιπαγωνίσασθαι, καὶ ὁ σειρήνων μῦθος παρατιθεὶς, τῷ περὶ τῶν γοργόνων διδάξειεν ἄν. ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἐκήλουν τὸν παραπλέοντας, μελῳδοῦσαι, καὶ κολακεύουσαι τοῖς ἄσμασι. καὶ καταπαλεύσαντας, ὑπόπλους κατεῖχον. καὶ ὅλως, τὸ ἔρχον αὐτῶν ἐδεῖτο τινος διατειβῆς. καὶ που τις αὐτὰς καὶ παρέπλευσε, καὶ τὸ μέλος παρήκουσε. τὸ δὲ τῶν γοργόνων κάλλος, ἅτε βιαιότατόν τε ὄν, καὶ τοῖς καιριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν, ἐυδὺς ἐξίστη τὸν ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίει. ὡς δ' ὁ μῦθος βάλλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίνοντο ἀπὸ τοῦ θαύματος.

orator ita est Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus, vt auellere cogitationes illorum à spectando possit. Sed vt quisque ipsum modò limen transcenderit, multa pulchritudine circunfusus, orationis illius aut recitationis, ne principiũ quidẽ exaudire videtur: sed totus in spectãdo versatur, nisi quis fortè omnino cęcus fuerit, aut noctu velut Areopagi Senatus solet, ad auscultãdum venerit. Nã quòd verborum vis longè inferior sit, quàm vt cũ visu certare queat, Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebãt quidẽ prętereuntes canendo, atq; adblãdiendo carminibus: & ad se delatos aliquandiu detinebant, & in summa, res ipsa mora quadam opus habebat: atque interim eas quispiam est prætereuectus, & inaudito cantu prætierijt. At Gorgonum pulchritudo, vt quæ violentissima esset, & partibus animę maximè sauciabilibus obuersaretur, statim obstupefaciebat, & mutos reddebat aspicientes: & vt fabulæ placet, & fertur, in lapides ilico præ admiratione conuertebantur.

ωσπερ ἡ ὀν ὑπὲρ τῶ παω λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὸ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, ὃι ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. καὶ εἴγε τις παρασησάμενος τὼ ἀηδόνα, ἢ τὸν κύκνον ᾄδειν κελεύοι, μεταξὺ ὃ ἀδόντων παραδείξειε τὸν παω σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχή, μακρὰ χαίρειν φρά̣σασα τοῖς ἐκείνων ἀσμασιν. οὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή. καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παρασήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ὑπερκρατέστερά ὄζι τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα. καί μοι σὺ ἤδη ὁ κήρυξ, παρασκάλει αὐτὸν Ηρόδοτον τὸ Λύξε Αλικαρνασσέα. καὶ πειδὴ καλῶς πρώην ἀπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθών. ἀναδέξασθε ὃ αὐτὸν, ἅσα πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ ἀυτῷ ἔθος. Αληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν ἄνδρες δικασὰ μυθέεται, καὶ οἱ πείθεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι, ὅταν ἀκοῆς παρπμέων. ὥστα γὸ πυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα τυγχ ἃ φησιν, ὡς τὰ παρόντα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τῆ μαρτῆ ὄψει ἀποδέδωκεν εἰκότως.

Quamobrem & illa quæ de pauone paulò antè dixit, ipsa pro me dicta existimo. Nam & illius in aspectu, non in voce delectatio est: iuxta quem siquis vel luscinium vel cygnum statuat & canere iubeat, inter canendum autem pauonem tacentem cõmonstret, sat scio, quòd ad hunc transiturus sit animus, longum valere iussis illorum canticis: adeò ineluctabilis videtur esse voluptas, quæ visu percipitur. Atque equidem, si vultis, adducam vobis testem virum doctum, qui statim mihi testimonium feret, ea longè præualere quæ visui, ijs quæ auditu percipiuntur. Ac iam heus præco, accersè Herodotum Lyxi filium Halicarnassensem. Et quia probè fecit, quòd morem gessit, accedat testimonium dicturus. Atque ipsum admittite Ionicè, suo more, loquentem. Vera ista, judices, hæc oratio vobis narrat, atque ipsi credite, quæcunque de his dixerit, visum auditui præferēdo: siquidem aures fide minùs dignę sunt, quàm oculi. Auditis testem quæ dicit, & vt primas visui tribuerit? ac meritò.

Nam

τὰ μὲν γὰρ ἔπεα, πτερόεντά ἐστι, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ σφελ- σθῆν ἀποπάμενα. ἡ δὲ τῶν ὁ- ρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεσῶ- σά, καὶ παραμένουσα, πάν- τως τὸ θεατὴν ὠφελεῖται. πῶς οὖν ἀχλεπὸς τῷ λέγοντι ἀν- ταγωνιεῖς, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ περίβλεπτος ὤν; μεῖζον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί. ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐζητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε. συγ- γνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πε- πόνθατε. ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς, καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τῆς γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ ὠφέλιμον, ἐπαγαγὼν ὡς ἀληθῶς, καὶ πε- ποικιλμένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀπο- βλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε ὡς οἷόν τε γέγραμμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ. πάσεσθε γὰρ ἴσως ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶν- τες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἂν μὲ καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τὸ ἀνθρώπινον σφαλμάτιον,

Nam verba sunt alata, proinde simul atque proferuntur, auolant. At eorum quæ videntur, delectatio, semper adest, ac præsens manet, & spectatorem ad se prorsus abducit. Qui ergo molesta non sit dicenti aduersaria, domus ita pulchra, & ab omni parte conspicua? At quod est maximum, nondum dixi. Nam vos ipsi, iudices, interea dum nos dicebamus, tectum aspiciebatis, parietes mirabamini, & picturas, ad vnamquamque conuersi, examinabatis: neque vos pudebat. Ignoscendum enim, siquid humanum vobis accidit: præsertim cùm pulchris illis & varijs obiectis capti fueritis. Nam artis diligentia, & historiæ cum antiquitate, vtilitas, reuera illiciendi vim quandam habent, & spectatores eruditos requirunt. Et ne nobis relictis illic omnia respiciatis, age quoad fieri potest, illa vobis oratione depingam. Nam iucunda puto, erunt auditu, quæ visu vobis sunt mirabilia. Fortè etiam ob id ipsum me laudabitis, & aduersario anteponetis, vt qui & ipse hæc demonstrem,

ὡς καὶ αὐτὸν ἐπιδείξαντες

καὶ διπλασιάσαντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν. τὸ χαλεπὸν δ' ἐν τῷ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων, καὶ σημάτων, καὶ τόπου, συνήσθαι τοσαύτας εἰκόνας. ψυχὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσίοντι, ἀργολικῷ μύθῳ, ἀναμέμικται πάθος αἰθιοπικόν. ὁ Περσεὺς, τὸ κῆτος φονεύει, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ. καὶ μεταμικρὸν, γαμήσει, καὶ ἄπεισιν, αὐτὴν ἄγων. παρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ γοργόνας πίστεως. ἐν βεβαιοῖ δ', πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον. ἐπισκοπεῖ γὰρ τὴν μάχην ἀνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίσκ τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀποσοβοῦσαν, καὶ τὸ μυθῶ, ἔπεισι πεφευκὸς ταῖς ἀκάνθαις, καὶ δεδιπόμενον τῷ χάσματι. καὶ ὁ Περσεὺς δ', τῇ λαιᾷ μὲν, προβέβληκεν τὴν γοργόνα. τῇ δεξιᾷ δ', καθήρηται τῷ ξίφει. καὶ τὸ μὲν, ὅσον ἥμισυ κητους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ὄν. τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται. Ἐξῆς δ' μὲν τὴν δὲ τὴν εἰκόνα, ἕτερον γράμμα λέγεσθαι δίκαιόν τον, ἢ τὸ σφέτερον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου, ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐκείνοις

& duplicem vobis voluptatem pariam. Cæterùm conatus huius difficultatem videtis: nimirum quàm graue sit absque coloribus, & figuris, & loco tam multas imagines in vnum congerere. Est enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dextram quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ, intermixtũ est malum Æthiopicum. Perseus cetum interficit, & Andromedam eripit, quam paulo pòst vxorem ducet, & abducta secũ illa, discedet: Atque vt extra institutum, vsolatus ad Gorgonas. Ac breui spatio, multa imitatione expressit artifex, virginis verecundiam, & metum. Spectat enim & pugnam desuper ex rupe, & adolescentis audaciam amatoriam, & beluæ visum intolerabilẽ: quæ horrida spinis, & formidabilis hiatu oris accedit. Tum Perseus sinistra Gorgonem ostendit, dextra ense ferit. Iã quicquid illius beluæ Medusam aspexit, saxum est: at reliquum quod est adhuc animatum, ense cæditur. Deinde post hanc imaginem, alia est iustissima pictura, cuius primum exẽplar videtur mihi pictor ab Euripide, vel Sophocle accepisse. Nam illi

τὸ ὁμοίαν ἐγκαλάπτειν εἰκόνα, τὸ νεανίας τοὺς ἑταίρους, Πυλάδην τὸ Φωκέως, καὶ Ὀρέστην, δόκωντ' ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀπήρτηται, καὶ ἐπ' ἰσχίῳ τινὸς ἡμίγυμνος πεπτωκυῖα κεῖται, καὶ θεραπαῖναι πᾶσαι, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον. οἱ μὲν, ὥσπερ βοῶσιν· οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπουσι. σεμνὸν δέ τι ὁ γεγραφὼς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδράμων, ἐμβεβαλὼν τοὺς νεανίσκους ἐργασαμένους τῷ τὸ μοιχοῦ φόνῳ. Μετὰ δὲ τοῦτο, θεός ἐστιν εὐμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτικήν τινα παιδιά. ὁ Βράγχος ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ἀνέχει λαγών, καὶ παραπαίζει τὸν κυνά. ὁ δὲ, πιθανῶτερόν ἐστιν ἐπ' αὐτὸ εἰς τὸ ὕψος. καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς, μειδιᾷ, τρίποδος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ περιαμένῳ τῷ κυνί. ἐπὶ δὲ τούτοις, ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ περὶ τὴν κήτους ἀνδρεῖα τολμῶν, καὶ ἡ Μέδουσα τρικεφάλη τε καὶ πτερωτὴ

similem quandam imaginem descripsêre, adolescentes duo, socij, Pylades Phocensis, & Orestes, cùm iam viderentur mortui esse, post regiam latentes, & clam adeuntes, occîdunt ambo Ægisthum. Clytemnestra autem iam interfecta est, & in lecto quodam seminuda iacet. Ac totum famulitium hoc facinore obstupefacti, alij clamare videntur, alij qua parte fugiant, circunspiciunt. Porrò pictor honestum quiddam excogitauit, qui quod impium in hac re fuit, id ostendit solùm, & quasi iam actum prætercurrit: sed adolescentes in cæde adulteri immorantes exprimit. Post hęc autem Deus est formosus, & venustus adolescentulus, amatorium quoddam ludicrum. Branchus puta in rupe sedens tenet leporem, & alludit cani: qui in sublime videtur ipsi insulturus: astans autem Apollo ridet, & vtroque delectatur, & puero ludente, & cane saltum meditante. Præter hæc Perseus, iterum quæ ceti cædem præcesserunt, aggrediens, & Medusæ caput amputans, & Minerua Perseũ protegens.

καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα

ὁ δ', ἢ μὴν τόλμαν εἰργασαί, τὸ δ' ἔργον οὐχ ἑώρακέ πω ὅπ τῆς ἀσπίδος, τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα. οἶδε γὰρ τὸ σεμνὸν τῆς ἀληθοῦς ὄψεως. Κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῖχον, ἄνω τῆς ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται. ἡ θεὸς, λίθου λευκῆς. τὸ σχῆμα, οὐ πολεμικήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρηνεύοντος ἀγαθοῦ θεᾶς πολεμικῆς. εἶτα μετ' ταύτην, ἄλλη Ἀθηνᾶ, ἀ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἥφαιστος αὐτὴν διώκει ἐρῶν, ἡδὲ, φέυγει. κἀκ τῆς διώξεως, Ἐριχθόνιος γίγνεται. Ταύτην ἕπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή. Κηδαλίωνα φέρει δ' Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὅθ' αὐτῷ σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδὸν, ἐπορούμενος. καὶ ὁ ἥλιος φανεὶς, ἵσταται τὴν πρῶσιν. ἐν ὁ Ἥφαιστος λιμνάζειν ὑποσκοπεῖ τὸ ἔργον. Ὀδυσεὺς τὸ μὲν τότε, οὐδὲν μεμηνὼς, ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ θέλων. πάρεισι δ' οἱ πρέσβεις, ἤδη κηλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς ἀποκρίσεως, πάντα πάντα. ἡ ἀπάτη, τὸ δ' ἀπεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν ῥηθησομένων. ἐλέγχεται δ' ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, συνεὶς τὸ γιγνόμενον,

Atque hic quidem facinus iam peregit: factum autem ipsum in clypeo nondum vidit, Gorgonis videlicet imaginem: cùm veri aspectus pœnam nosset. In medio A autem pariete, ex aduerso ianuæ, Mineruæ est templum: & Dea ipsa candido ex marmore: habitus non est militaris, sed qualis fuerit pacem agentis bellicę B Deæ. Deindè post hanc alia Minerua, nón hæc quidem marmorea, sed picta: quam Vulcanus amans insequitur, ipsa autem fugit, & ex ea C persecutione Erichthonius nascitur. Hanc sequitur vetus alia pictura. Cæcus Orion Cedalionem portat, qui dum vehitur, viam qua itur ad lucem, ipsi indicat, & cæ- D citatem sol apparens medicatur: quod opus è Lemno intuetur Vulcanus. Post hæc Vlysses, insaniens videlicet, quando cum Atridis in expeditionem ire nolebat. Adsunt autem legati, iam vo- E cantes ipsum. Atque ea quæ ad simulationem pertinebant, probabilia omnia, vehiculum, & iumentorum iunctorum discrepantia, & eorum quæ aguntur insciti a: sed obiecto tamen infante redarguitur. Nã Palamedes Nauplij filius, rẽ intelligens,

ἐμπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, σφάγιον ἔχων τὸ ξίφος. καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ οὗτος ἀνυποκρίτως. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς, πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Τοῦτ' ἦν ἡ Μήδεια γέλασμα, τῷ ζήλῳ διακαὴς, τῷ παιδὶ ὑποβλέπουσα, καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα. ἔχει γὰρ ἤδη τὸ ξίφος. τὸν δ' ἀθλίως, καθῆστον γελῶντε, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε. καὶ ταῦτα, ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χερσῖν. ταῦτα πάντα ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὴν τὸν ἀκροατὴν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον ὃ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἔγωγε δεξάμην ἂν αὐτὰ, οὐχ ἵνα τι ἀδίκου τολμηρὸν ὑπολαβόντες, καὶ θρασὺν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἐκὼν φέρων ἐπέβαλε, καταγνῶτε, καὶ μισήσητε, καὶ ὅπ' τῶν λόγων ἐγκαταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, καὶ ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τὸ πράγματος τὴν δυσχέρειαν. μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη οὐ

correpto Telemacho, minatur se eum interfecturum, tenens strictum ensem: & simulatæ insaniæ simulatam iram hic opponit. Vlysses autem ad metum hunc respiscit, fitque pater, & simulationem deponit. Postrema verò Medea depicta est, invidia flagrans, pueros aspiciens, & graue quiddam meditans. Iam enim gladium tenet: at miseri illi ridentes astant, nihil eorum quæ futura erant, scientes, idque cùm in manibus matris gladium viderent. Hæc omnia, Iudices, nonne videtis quomodo auditorem abducant, & ad spectandum conuertant, solum verò dicentem relinquant? Atque equidem verbis ea persequutus sum, non vt aduersarium audacem & temerarium existimantes, quòd rebus ita difficilibus seipsum volens immerserit, damnetis, & odio habeatis, solúmque eum cum oratione sua relinquatis: sed potiùs vt ipsum adiunctis, & quoad fieri poterit conuiuentes, ea quæ dicuntur audiatis, rei difficultatem apud vos æstimantes. Vix enim etiam hoc pacto, vos non judices, sed auxiliatores

δικαστὰς, ἀλλὰ συναγωνιστὰς.

ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῶμαι. εἰ δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ δίκαιον ταῦτα λέγομαι, μὴ θαυμάσητε. οὐδὲ γὰρ τὸν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν ἐυδοκιμεῖν.

habendo, poterit non omnino indignus hac domus magnificentia censeri. Quòd autem pro aduersario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optarim equidem celebrari.

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ. MACROBII.

ARGVMENTVM.

Catalogus est μακροβίων, hoc est, eorum qui ad longam ætatem peruenerunt, quem natalitij muneris loco, Quintillo cuidam mittit, somnio ad hoc faciendum, vt ipse ait, admonitus. Recenset autem principio totas hominum nationes, ac genera, qua diutissimè vixerint, deinde transitione ad singulos facta, reges primùm, ac principes, deinde & philosophos, & Historicos, & Oratores, & poëtas, & Grammaticos, qui quàm maximè longæui fuisse perhibentur, adnumerat. Orditur autem à caussa, qua ad hoc scriptum impulsus fuit, addita etiam commendatione operis, ab vtilitate, quam ex huius lectione percepturus sit Quintillus.

Ναὶ τί τοῦτο λαμπρότατε Κυϊντίλλε χρεωστεῖς, θεοσεβὲς ὄναρ ἰδών, καὶ ἰσορρόπους τοῖς φίλοις, ὅτ' ἐπέθεσο τῷ δευτέρῳ σε παιδὶ τουῶμα. συμβαλεῖν δ' οὐκ ἔχων τίνας ὁ θεὸς κελεύει

N somnis, clarissime Quintille, hoc iussus, Lõgæuos tibi donum offero. Quod quidem somnium iam olim vidi, & amicis exposui, quo die filio tuo natu minori nomen indidisti. Cùm autem nulla coniectura potuissem assequi, quosnam longæuos

μοι θεσφέρειν σοι τὸν μακροβίοις, τότε μὴν νυξάμην τοῖς θεοῖς ἐπιμίκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σοὺς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων, καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. ἐμοὶ δὲ τῶν ἁπάντων, αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ καμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει θεσημαίνειν ὁ θεός. σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς συμβουλίαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τὸν θεὸν ἀεὶ τοῖς ἐλευθερίαν ἔχουσι, ταῦτα θεσπίσαντας κελεύειν τί θεσφέρειν σοι τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης. ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τὴν τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τὸν ἰσορεμβόμενον εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτο τί σοι ἐκ τῆς συγγράμματος διπλοῦν. τὸ μὲν, εὐδυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ἐπιμίκιστον δύνασθαι βιῶναι. τὸ δὲ, διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὴ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ.

me tibi offerre iuberet Deus: tum quidem sum, vt vitam quàm longissimam, túque & tui filij traduceretis, ratus hoc profuturum cùm vniuerso generi hominum, tum præ cæteris, mihi meísque omnibus. Nam boni quidpiam mihi præsignificare videbatur Deus. Consideranti autem apud me, venit in mentem, verisimile esse Deos mihi in liberalibus disciplinis versanti præcepisse, vt profectum ex artibus ingenuis donum tibi offerrem. Ratus itaque hanc esse auspicatissimam tuorum natalitiorum diem, eos tibi do, quos ad longam senectutem sana mente, & integris corporis viribus peruenisse memoriæ proditum est. Etenim ex hoc libello duplicem vtilitatem percipere possis: vnam, animi alacritatem bona spe concepta, fieri posse vt quàm diutissimè viuas: alteram, institutionem ab exemplis, si comperias, eos qui maximam sui curam habuerunt, cùm corporis, tum animi ratione, ad summam senectutem cum perfecta sanitate peruenisse.

Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν, ὅτι τρεῖς παρῆκται γενεὰς Ὅμηρος λέγει. ὃν σωίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄρισα καὶ ψυχῇ, καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν, ἣ παρὰ τοὺς τραγικοὺς μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. πιθανὸν δ' ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρώτερα διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ἐπιμήκιστον βιῶναι. καὶ γὰρ ὅλα μακροβιωτάτη ἰσοτιμᾶται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς. Ἀσσυρίων δὲ, καὶ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες. καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τε εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ τὸ μαγεύειν διαπόνοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρες μὲν ἰσοτιμοῦσι μέχρι διακοσίων ζῆν ἐτῶν, οἱ μὲν, τῷ ἀέρι, οἱ δὲ, τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τῆς μακρᾶς ζωῆς ἀναθέντες.

Homerus igitur Nestorem Achiuorum sapientissimum vitam tribus sæculis produxisse dicit: quem nobis & animo & corpore optimè exercitatum commendat. Et Tiresiam vatem poëtæ tragici ad sex vsque ætates æuũ prorogasse perhibent. Credibile autem est virum Dijs sacrum, & puriori victus ratione vtentem Tiresiam, longissima vita fuisse functum. Quinetiam tota hominum genera propter victus rationem diu vixisse memorãtur: cuiusmodi fuerunt apud Ægyptios sacri scribæ: apud Assyrios, & Arabas, fabularũ interpretes: apud Indos Brachmanes, accuratè Philosophiæ studijs vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud fatidicum, Dijsque sacrum, apud Persas, Parthos, Bactrios, Chorasmios, Areos, Sacas, Medos, & pleraſque alias gentes barbaras, & firma corporis valetudine sunt præditi, & longæui, quòd quia magicam exercent, exquisitissima victus ratione vtantur. Quinetiam totæ gentes longissimam vitam viuunt. Vt Seres ad trecentesimum vsque annum viuere ferunt: cuius rei causam nonnulli cœlo, nonnulli solo tribuunt: alij

οἱ δ', καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο ζύμην. καὶ ἀθῶνας δὲ μέχρι τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται. καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτοις μὲν καὶ κεδρίνῳ ἄρτῳ χρωμένοις, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον. οἷσπερ φασὶ διὰ τοῦτο τοιαύτῃ διαίτῃ, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐνδυᾶν, ἃ πυνθάνομαι ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, καὶ ὕδατα. οἱ δὲ, διὰ τὴν δίαιταν. οἱ δὲ, καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' αὖ σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα βεβαίως παρέχομαι, ἰσχύσας, ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα, μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. διαιρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν προφάτην, κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν. καὶ προτρέψομαί σοι τοὺς βασιλικοὺς, καὶ στρατηγικοὺς ἀνδρας ἱστορήσω, ὡς ἕνα, καὶ εὐσεβεστάτῃ μεγάλου θειοτάτου αὐτοκράτορος τύχῃ εἰς

victus rationi: siquidem vniuersam hanc gentem aquam bibere dicunt. Scriptum etiam est Athotas viuere centum & triginta annos. Et fama est Chaldæos vltra centum annos vitam prorogare: eósque hordeaceo pane vesci, tanquam perspicacitatis pharmaco: quibus perhibent ob hanc ipsam victus rationem alios quoque sensus quàm cæteris omnibus esse validiores. Sed hæc de hominum generibus, & gentibus longæuis, quas plurimum ætatis aiunt viuere, alij ob cœlum, & solum: alij ob victus rationem, alij ob vtrumque. At iure meliorem spem tibi præbuero, si planum fecero homines quouis in solo, & cœlo, ad summam senectutem peruenire, qui conuenientibus exercitationibus, & aptissima victus ratione vtuntur ad sanitatem. Sermonem autem diuidam primò secundum hominum studia: & primùm regia & imperatoria dignitate claros memorabo: quorum vnum, quum religiosissima magni diuinissimi Imperatoris fortuna ad

τὴν τελεωτάτην ἀναλοῦσα τάξιν, συνηρέτησε τὰ μέγιστα ἡ οἰκουμένη τὴν ἑαυτῆς. οὕτω δὲ καὶ σὺ ἀποβλέπων καὶ σὺ, τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης ἑτοιμότερον ἐλπίσεις γῆρας ὑγιεινὸν, καὶ μακρόν. καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τὴν διαίτην μεγίστου τε ἅμα, καὶ ὑγιεινοτάτου βίου. Πομπίλιος γοῦμᾶς ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ρωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθείς, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ τύλλιος Ρωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ρωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται τερπόμενος βιῶναι. Οὗτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐκείνου. ἐπὶ τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προδιελὼν ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας.

perfectissimum ordinē perduxisset maximis beneficijs imperium suum cumulauit. Sic enim & tu similem habitum & fortunam longæuorum virorum respiciens, sanam longámque senectutem sperare possis: eósque imitatus tibi ipsi victus ratione, longissimam & saluberrimā vitam paraueris. Numa Pompilius Romanorum regum longè fœliciſſimus, ac Deorum cultui deditissimus, supra octoginta annos vixisse traditur. Seruius Tullius quoque & hic Romanorum rex octogesimum vitæ annum superasse dicitur. Tarquinius Romanorū rex vltimus, Cumis exulās, vltra nonaginta annos firmissima valetudine fruendo vixisse perhibetur. Hi quidem sunt Romanorum reges, quibus reliquos reges addam, qui longam senectutem attigerunt, atque vniuscuiusque studia. In calce autem reliquos etiam Romanorum qui ad proliſſimam senectutem peruenerunt, adscribam, additis etiam illis qui in reliqua Italia diutissimè vixerunt.

ἀξιόλογος· ὃ ἔλεγχος ἡ ἰσοτία τῶν διαβαλλόντων πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἴσεσθαι πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε, καὶ λιπαρὸν τὸν πάσης γῆς, καὶ θαλάττης διαστῆσαι, γήρᾳ ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα. Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησίων βασιλεὺς, πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθος ποὺ δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δ' ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενήκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης, καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Ἱέρων τε ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο, καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γηρύμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἐβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ καλλιστανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δ' Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν, ὢν τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δ' ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη.

Non contemnendum enim argumentum est historia, quo refellantur qui hoc cœlum calumniari nituntur: adeò vt meliorem spem habeamus, fore vt voti plenè compotes fiamus, longissimam ac plenissimā tota terra marique dominantem senectutem, iámque in suo solo regnantem & senescentem assequuti. Proinde Arganthonius Tartesiorum rex quinquaginta & centum annos vixisse traditur, authoribus Herodoto historico, & Anacreonte poëta lyrico: tametsi hoc quibusdam fabulosum videtur. Agathocles Siciliæ tyrannus anno quinto & nonagesimo obijt, sicut Democharis & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracusanorum tyrannus, duos & nonaginta annos natus, morbo sublatus est, cùm regnasset annos septuaginta, sicut Demetrius Callistianus, & alij memorant. Anteas autem Scytharum rex, ad fluuium Istrum contra Philippum pugnans occubuit, supra annos nonaginta natus. Bardylis verò rex Illyriorum, in bello aduersus Philippum ex equo pugnasse fertur, inter nonagenarios census.

Τῆμος ὃ, ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς, κατὰ φησι Θεόπομπος, δὲ, καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος ὃ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ, καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς πεπτωκὼς, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἐνὸς, καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατεύσας αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος ὃ Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπωλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτὸς φησὶν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος ὃ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς ὃ Ἀντιγόνου, τοῦ μονοφθάλμου, ἔτος τέταρα, καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη. ἐβίωσε ὃ ὀγδοήκοντα, ὡς Μηδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως ὃ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος ὃ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς

Teres verò Dryſorum rex, authore Theopompo, anno ætatis nonageſimo ſecundo obijt. Antigonus autem Philippi filius monoculus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis vulneribus obrutus obijt anno ætatis octogeſimo primo, ſicut narrat Hieronymus qui cum ipſo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ in pugna contra Seleucum perijt, annum octogeſimum conficiens, vt refert idem Hieronymus. Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni vnioculi nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit, vixit autem octoginta, ſicut Medius & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter Antipater, qui maxima potentia polluit, & multorum Macedoniæ regum tutelam egit, vita vltra octogeſimum annum producta obijt. Ptolemæus Lagi filius, regum ſui temporis fœliciſſimus, Ægypto imperauit annos quatuor & octoginta natus: viuus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur Ptolemæo filio,

ἔτη. ζῶν ὃ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ,

Φιλαδέλφῳ ὄ ἐπίκλησιν, ὃς τὴν διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλάτερος ὄ, πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, A ἐυνοῦχος ὢν. κατέστρεψε ὄ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γηράμενος. Ἄτταλος ὄ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκιπίων ὁ τῶν Ρωμαίων B στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ὄ ὁ Πόντου βασιλεὺς ὁ πεντηκοντούτης κτί- C σης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγρα- D φεῖς. Ἀριαράθης ὄ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. ἐδυνήθη ὄ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγωνίσας. ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζω- E γρηθεὶς, αἰχμαλωτισθεὶς. Κῦρος ὄ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων λόγοι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, μὴ ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων, μαθὼν ὄ

cognomine Philadelpho, qui successit in paternum regnum fratrum. Philæterus autem qui primus Pergami principatum tenuit & possedit cùm esset eunuchus annos octoginta natus excessit è viuis. Attalus, cognomento Philadelphus, rex etiam Pergamenorum, ad quem etiam Scipio Romanorum imperator venit, duos & octoginta annos natus è vita migrauit. Mithridates rex Ponti, Ctistes cognominatus, Antigonum vnioculum fugiens, in Ponto mortuus est, ætatis anno quarto & octogesimo, vt Hieronymus, alijque scriptores memoriæ prodiderunt. Rex Cappadocum Ariarathes, duos annos & octoginta vixit, authore Hieronymo. Et fortè fieri potuisset ætate prouectior, nisi viuus in pugna contra Perdiccam captus, crucī fuisset affixus. Cyrus maior Persarum rex, vt indicant Persarum & Assyriorum cippi, quibus & Onesicritus qui res gestas Alexandri conscripsit, astipulari videtur, centū annos natus, amicorum vnumquēq; quærebat, quorū quamplurimos cùm à filio

ἑκατονταέτης γηράμενος, ἐζήτει τοὺς πλείστους διεφθαρμένους,

ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κτ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μὲν πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱέος διαβληθείς, τὸ δέ, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν ἀπασάμενος, ἀδυμήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθείς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἓξ, καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν γηράσας. ὡς ὁ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσάρων, καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεύς, ὃν φησιν ὁ Μνήμων τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσιδώρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τεῖα, καὶ ἐνενήκοντα βιώς, ὑπὸ Σωσιθρήτου τοῦ ἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐπιβουλῆς τελευτᾷ. Σιναρθοκλῆς ὁ Παρθυαίων βασιλεύς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονώς, ἀπὸ Σακαυρακῶν σκυθῶν κατελθὼν, βασιλεύειν ἤρξατο. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ. Ταπασίνης ὁ Χάρακος, καὶ τῶν κατ' ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε, καὶ

Cambyſe interemptos comperiſſet: ac Cambyſes hoc ſe illius iuſſu feciſſe affirmaret, partim ob filij crudelitatem probro affectus, partim ipſum tanquam legum violatorem accuſans, dolore confectus vitam finiuit. Artaxerxes cognomento Mnemon, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperio Perſarum potiens, morbo ſublatus eſt anno ætatis ſexto & octogeſimo: ſed vt Dinon ſcribit, quarto & nonageſimo. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoricus regnaſſe tradit, cùm annos tres & nonaginta vixiſſet, inſidijs Goſithræ fratris eſt necatus. Sinarthocles Parthorum rex annos nonaginta iam natus à Sacauracis Scythis redux, regnare cœpit, & ſeptem annos regnauit. Tigranes Armeniorum rex, cui bellum intulit Lucullus, ætatis anno quinto & octogeſimo morbo cõfectus eſt. Hyſpaſines Characus, & regionum rubro mari adiacẽtium rex, quinto & octogeſimo anno, morbo correptus deceſſit. Tereus qui ab Hyſpaſine ter-

ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας, ἐτε-
Ταπασίνου τρίτος βασιλεύσας,

δύο, καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δ' ὁ μετὰ Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χαράκος, ἓξ, καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν κατασχὼν ἀπὸ Παρθων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης ὁ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινισσᾶς ὁ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσανδρος ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Σεβαστοῦ αὐτὸ ἐπάρχου, βασιλεὺς αὐταρχορευθεὶς βοσπόρου, περὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων, καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἧττων ἐφάνη. ὡς ὃ ἔφερε τὸν ὑπὸ τῆ μάχη Σκριβωνίῳ παρασιδεμένος, ἀποχρώμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη πεῖα, καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δ', ὡς φησιν Ἰσίδωρος ὁ χαρακηνὸς, ὑπὸ τῆ ἑαυτοῦ ἡλικίας ὁ Μαίων τὴ ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα, καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ παρ' ἡμῶν. ἐπεὶ δ' καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειαν πως καὶ αὐτοὶ ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γήρας ἦλθον, αὐαλεξήσωμεν καὶ τούτων τὸν ἱστορημένοις, καὶ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις.

tius regnauit cùm vixisset duos & nonaginta annos, morbo perijt. Artabazus qui post Teræum septimus Characenorum regnum tenuit, sexto & octogesimo anno redux à Parthis, regnauit: & Mnascires Parthorum rex, sex & nonaginta vixit annos. Masinissa Maurusiorum rex, nonaginta vixit annos. Asander à diuo Augusto, pro gentis præfecto, rex Bospori declaratus, circa nonagesimum annum, equestri & pedestri pugna nulli inferior apparuit: qui vt animaduertit rem militarem Scribonio commendatam, cibo abstinens diem obijt, cùm tres & nonaginta annos vixisset. Goæsus authore Isidoro Characeno, quo tempore Mano Arabibus imperauit, centum & quindecim annos natus morbo perijt. Tot quidem reges longæuos memorarunt maiores nostri. Quandoquidem autem etiam Philosophi, & omnes qui artibus ingenuis operam dederunt, habita sui cura, in longam senectutem venerunt, eos qui literis proditi sunt, adscribamus, ac primùm Philosophos. Democritus Abderita

Δημόκριτος μὲν ὁ ἀβδηρείτης,

ἑπτὼν γεγονὼς τεσσάρων, καὶ ἑκατὸν, ἀποχρώμενος βροφῆς, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Αριστόξενος, προσῆν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε, καὶ ἑκατὸν ἔτη Α Αθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιτ̃ακὸς, οἵ τινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἑκαστος ἔζησεν Β ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, οὑτω, καὶ ἐνενήκοντα. ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με βοᾷς; καὶ παραχρῆμα οἰκάδε, καὶ ἀποχόμενον βροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζηνωνος μαθητὴς, καὶ διάδοχος, ἐννέα, καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ἐπὶ τῶ χείλους. καὶ ἀποχαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῶ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος βοφὴν, καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὖθις βροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Αρχελάου δὲ τῶ φυσικῶ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν, καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης δὲ Πλάτωνος μαθητὴς γνόμενος, τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη

centum & quatuor annos natus, cibo abstinens, obijt. Xenophilus Musicus, vt refert Aristoxenus, Philosophiæ Pythagoricæ candidatus, vltra centum & quinque annos Athenis vixit. Solon, Thales, & Pittacus qui è septem sapientum numero fuerunt, centum quisque vixit annos. Zeno Stoicæ Philosophiæ princeps, octo & nonaginta: quem aiunt in concionem prodeuntem offenso pede exclamasse, Quid me vocas, & domum reuersum inedia vitam finiuisse. Cleanthes Zenonis discipulus & successor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labijs habuit. Cúmque decreuisset inedia mori, allatæ sunt literæ ab amicis quibusdam, tum ille sumpto cibo, præstitit quæ amici postulabant: exinde iterum abstinens, vita migrauit. Xenophanes Dexinis filius Archelai Physici auditor, vnum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis discipulus, quatuor & octoginta. Carneades recentioris Academiæ princeps,

πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν, καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ, καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς ὁ Συρίας, νίμφῃ ὁ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστοριῶν συγγραφεὺς, τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο, καὶ ὀγδοήκοντα. Πλάτων ὁ ἱερώτατος, ἓν, καὶ ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σανδώνιος, ταρσεὺς, στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' ᾧ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκτέθειται, δύο, καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ πρὸς ὁ Ταρσέων δῆμος ἀμπὼ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ ὁ στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο, καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Οὗτοι μὲν φιλόσοφων οἱ ἔνδοξοι. συγγραφέων δὲ, Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοσιτεσσάρων ἐτῶν περιπατῶν ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γυμνάμενος, καὶ πολλὰς καμάτους ὑπομείνας, καὶ

quinque & octoginta. Chrysippus vnum & octoginta. Diogenes à Tigride Seleucensis, Stoicus Philosophus duodenonaginta. Posidonius ex Syria Apamēsis, lege Rhodius, simúlque Philosophus, & historię scriptor, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus, vltra duos & octoginta. Plato Philosophorum sanctissimus, vnum & octoginta. Athenodorus, Sandonius Tarsensis Stoicus, qui fuit diui Augusti Cæsaris præceptor, cuius precibus Tarsensis ciuitas vectigálibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria: & Tarsensis populus ipsi tanquam heroi singulis annis honores tribuit. Nestor Stoicus Tarsensis, Cæsaris Tiberij præceptor, duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius vltra nonaginta annos vixit. Vt hi celebres fuêre Philosophi. Historicorum autem Ctesibius centesimo vigesimo quarto ætatis anno inter ambulandum obijt, vt in Chronicis narrat Apollodorus. Hieronymus qui in bellis est versatus, multósque labores pertulit, & vulnera, centum & quatuor annos vixit,

τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα,

καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει μὲν αὐδρέα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς ζωτικαῖς, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς χεῖρον ἔχοντα πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα, καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα, καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἕξ, καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασανδρεὺς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι. τὴν ἰσοείαν δὲ, τέταρτον, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, μεγαλοπολίτης, ἀγρέδην ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε. καὶ ἐν τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο, καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, διὰ πολλῶν μαθημάτων γηρύσμενος, ἔτη δύο, καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφισὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Σοφὴς δὲ ἀποχώμενος, ἐτελεύτησεν. ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τῆς μακρᾶς γήρως, καὶ ὑγιοῦς ἐν πάσαις ταῖς

sicut refert Agatharcydes historiae Asiaticae libro nono: ac hominem miratur, quòd ad summum vsque vitae diem valuerit in colloquijs, & in sensibus ad sanitatem necessarijs non defecerit. Hellanicus Lesbius octoginta quinque annos: torque similiter annos vixit Pherecydes. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandrensis vltra nonaginta annos vixisse fertur: & quarto & octogesimo ætatis anno historiã conscribere cœpit, id quod ipse in operis sui principio testatur. Polybius Lycortæ filius, Megalopolitanus rure rediens equo excidit: atque hinc morbo correptus, anno secundo & octogesimo decessit. Hypsicrates Amisenus historicus, vir in multis disciplinis versatus, duos annos & nonaginta vixit. Cæterùm ex Rhetoribus, Gorgias quem quidam Sophistam vocant, octo & centum annos natus, inedia mortem sibi conciuit. Hunc interrogatum causam tam longæ senectutis, & valetudinis in omnibus sensibus vigentis, aiunt respondisse, quòd aliorum

αἰσθήσεων, οὐπῶν, διὰ τὸ μηδὲ-

πότε συμπεπλεγχθῶσι ταῖς
ἄλλων εὐωχίαις. Ισοκράτης ἐν-
ενήκοντα, ἢ ἐξ ἐτῶν γεγονὼς, τὸν
πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον. πε-
ὶ ἔτη ἤδη ἐνὸς ἀπεδέοντα ἑ-
κατὸν, γεγονὼς, ὡς ἤκουσε Αθη-
ναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ
περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικη-
μένους, ποτνιώμενος, τὸ Εὐρι-
πίδειον στίχον ἐφθέγξατο, εἰς
ἑαυτὸν ἀναφέρων.

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος
ἐκλιπών.

καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσει ἡ
Ἑλλὰς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Απολ-
λόδωρος ὁ περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεῶ Καίσαρος Σεβαστοῦ
διδάσκαλος γνώμιμος, καὶ
σὺν Αθηνοδώρῳ τῷ παρεσ-
φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν,
ἔζησε τοῦτο τῷ Αθηνοδώρῳ,
ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων
ὁ ἀδόξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενή-
κοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδο-
ποιὸς, τραγῳδίας καταπί-
πτων, ἀπεπνίγη, πέντε, καὶ ἐνε-
νήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ
Ιοφῶντος τοῦ υἱέως ἐπὶ τέλει τοῦ
βίου παρανοίας κρίνομενος, ἀνέ-
γνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν
τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύ-
μενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως
τοῦ νοῦν ὑγιαίνει, ὡς τοὺς δικασ-
τὰς, τοῦ μὴ, ὑπὸ γήρως παρα-

conuiuia non esset sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus orationem panegyricam scripsit. Iam verò nonagesimum nonum ingressus, cum accepisset Athenienses in Chæronensi pugna à Philippo deuictos quiritando, Euripideum versiculum recitauit, ad seipsum referens, Si donis vrbem Cadmus olim deserens. Quibus cùm adiecisset fore vt Græcia in seruitutem redigeretur, è vita decessit. Apollodorus orator Pergamenus, diui Cæsaris Augusti præceptor, quem vnà cum Athenodoro Tarsensi Philosopho instituit, totidem quot Athenodorus annos, nempe duos & octoginta vixit. Potamon orator nõ incelebris, annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus, deuorato vuæ acino strangulatus est, cùm egisset annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophante subfinem vitæ in ius vocatus, & desipientiæ accusatus, recitauit iudicibus Oedipum Colonæum, hac fabula planum faciens se mentis esse compotem. Qua audita iudices ingenium eius admirati sunt, & filium insaniæ

ὑπέστησαν ἢ τῷ ὑὸ αὐτῶ μανίαν. Κρατῖνος ἢ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἐπὶ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε. καὶ πρὸς τῷ τέλει τὸ βίου διδάξας τὴν πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων ἢ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἐπὶ, καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὴ ὅπ κλίνης ἠρεμῶν. Θεασάμενος ἢ ὄνον τὰ παρασκευασμένα αὐτῷ σύκα κατεσθίοντα, ὥρμησε μὴ εἰς γέλωτα. καλέσας ἢ τ' οἰκέτην, καὶ σὺ πολλῷ, καὶ ἀθρόᾳ, γέλωτι ἐπὶ πρὸς δοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τὸ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος ἢ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα, καὶ ἐπὶ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων ἢ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος ἢ ὁ μελοποιὸς, ταυτά. Σιμωνίδης ἢ ὁ κεῖος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν ἢ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαΐ κυρηναῖος, οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην· ἔνα, καὶ

damnarunt. Cratinus poëta Comicus, septem supra nonaginta annos vixit: atque sub vitæ finem, cùm docuisset fabulam Pitynen, eáque victor euasisset, haud multò pòst est mortuus. Philemon etiam Comicus vt Cratinus, septem & nonaginta annos natus, quiescens in lecto decumbebat. Qui cùm vidisset asinum ficus sibi præparatas deuorantem, in risum est corcitatus: & vocato famulo, multóque & vehementi cum risu iusso merum asino sorbendum dare, risu suffocatus obijt. Epicharmus quòque poëta Comicus, annos septem & nonaginta vixisse fertur. Anacreon poëta Lyricus, quinque & octoginta vixit annos. Stesichorus Lyricus, totidem. Simonides Ceus, supra nonaginta. Ex Grammaticis, Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non modò Grammaticum, sed & poëtam & Philosophum & Geometram meritò quis vocarit, duos & octoginta vixit annos.

ὀγδοήκοντα ἔτος ἔζησεν ἔτη.

χὴ Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται, Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους ἀθροῖσαι. ἐπὶ δὲ τοὺς παλαιοὺς καὶ Ρωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναζητῆσαι, τούτους σοι, θεῶν βουλομένων, ἱκανῶς Κυϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

Quinetiam Lycurgus Lacedæmoniorũ legislator, quinque & octoginta annos vixisse fertur. Tot reges, & eruditos viros colligere potui. Quia verò pollicit' sum & Romanorum aliquos, & eorum qui in Italia habitarunt longæuos in scripta referre: eos tibi, Dijs volentibus, præstantissime Quintille, in altero libro indicabo.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ. PATRIÆ ENCOMIVM.

ARGVMENTVM.

Argumentum & genus orationis, ipse titulus exponit. Est autem propositio & summa negotij, patriam omnium rerum esse dignissimam & venerabilissimam, ve quam & homines, & Dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraque à signis & consequentibus sumuntur. Ostendit enim quacunque homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum, vel defensionem comparare, & quantumuis humili, aut sterili solo aliquis natus sit, nihil minus patriã suam splendidissimis ciuitatibus ac regnis anteponere. Quemadmodum parentum quoque & liberorum inter se affectus eiusmodi est, vt qualescunque ipsi sint, tamen sese omnibus alijs plus ament, & colant. Proinde & legislatores, cùm grauissimè punire homines vellent, patriæ priuationem atque exilium, tanquam acerbissimam pœnam, instituisse.

Ὅτι μὲν ἐν γλύκιον ὡς παλαιὸς φάτις κεκτῆσθαι πατρίδος ἁπανταχοῦ, ἆρ' ἔνι ἄδηλον μηδὲν

Am olim illud vulgi sermone decantatum est, nihil esse patria

οὐδὲν, σεμνότερον δέ τι, καὶ
θειότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα
σεμνὰ, καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄν-
θρωποι, τούτων πάσης αἰτία,
καὶ διδάσκαλος, γυμνασμάτων, A
καὶ ἀναθρεψαμένη, καὶ παι-
δευσαμένη. πόλεων μὲν οὖν
μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ
πολυτελείας κατασκευῶν, θαυ-
μάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δὲ B
φέρουσι πάντες. καὶ τοσοῦ-
τον οὐδεὶς ἔχεται τῶν καὶ
παρὰ κεκραμμένων ὑπὸ τῆς
κατὰ τὸ θέαν ἡδονῆς, ὡς
ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν παρ' C
ἄλλοις θαυμάτων λήθην ποι-
ήσασθαι τῆς πατρίδος. ὅστις
μὲν οὖν σεμνύεται πολίτης
ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν
μοι δοκεῖ τίνα χρὴ τιμὴν D
ἀπονέμειν τῇ πατρίδι. καὶ ὁ
τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀχθόμενος
ἂν, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς
πατρίδος. ἐμοὶ δ' ἥδιον ἂν τὸ τι-
μᾶν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα. πό-
λεις μὲν γὰρ παραβαλεῖν πει-
ρωμένῳ, προσήκει μέγεθος E
ἐξετάζειν, καὶ κάλλος, καὶ πλῆ
θος ὠνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵ-
ρεσίς ἐστι πόλεως, οὐδεὶς ἂν ἕ-
λοιτο τὴν λαμπροτέραν, ἐάσας
τὴν πατρίδα, ἀλλ' εὔξοιτο
μὲν ἂν εἶναι καὶ τὴν πατρίδα

dulcius. Itaque iucundius quidem nihil est: sed quid ea est venerabili? aut diuinius? & quidem quæcunque venerabilia & diuina homines existimant, horum causa est, & magistra patria, quæ nos genuit, aluit, atque instituit. Enimuero vrbium magnitudinem, & splendorem, & structuræ magnificentiam multi mirantur, patriam verò amant omnes. Neque quisquam vel eorum qui voluptati spectaculorum seruiunt, ita deceptus est, vt præ excellentia eorum quæ apud alios miranda cernunt, patriæ obliuiscantur. Itaque quicunque fœlicis ciuitatis ciuem iactat se esse, ignorare mihi videtur quem honorem patriæ tribuere oporteat: & eum qui talis est, liquet molestè laturum, si mediocrem patriam sortitus esset. At mihi iucundum est ipsum patriæ nomen colere. Nam ei qui vrbes est collaturus, conuenit magnitudinem expendere, & pulchritudinem, rerúmq; venalium copiam. Sed vbi de vrbium optione agitur, nemo omissa patria splendidiorem elegerit: verùm optarit patriam suam fœlicibus vrbibus esse assi-

τοῖς εὐδαίμοσι παραπλησίαν,

ἕλοιτο δ' αὖ ἢ ὁποιανῶν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων ποιοῦσι, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς, καὶ γαθὸς, ἄλλον ἂν προτιμήσαι τοῦ πατρὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν ἐπέρξαι νέον. ἀλλὰ τοσοῦτον γε οἱ πατέρες νικῶμενοι, προσέτι μικροὶ τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι, καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ὅστις δὲ μὴ τοιοῦτος δίκαιος πρὸς τὸν υἱὸν, οὐ δοκεῖ μοι πατρὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα, πρῶτον, καὶ οἰκειότατον πάντων. οὐδὲν γὰρ οὕτω πατρὸς οἰκειότερον. εἰ δέ τις ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ καὶ ὁ νόμος, καὶ ἡ φύσις κελεύει, πρόσκοντος οὐ ἢ πατρίδα προτιμᾶσι. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς, τῆς πατρίδος κτῆμα, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες αὐτόχθονα. καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων προέισιν αἱ ἀριθμούμενοι τὸ ὄνομα. χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρίσι, καὶ πάντα μᾶλλον εἰκὸς ἐφορᾶν τὰ τῆς ἀνθρώπων, αὐτῶν ἡγεμόνες κτήματα, πᾶσαν γῆν, καὶ θάλασσαν. ἐν δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο,

milem & qualemcunque elegerit. Atque hoc ipsum cùm legitimi liberi, tum boni patres faciunt. Neque enim probus & honestus adolescens alium suo patri anteponet, neque pater neglecto filio, alterum adolescentem amore paterno prosequetur. At tantum vtique patres qui vincuntur, suis liberis tribuunt, vt liberos habere videantur, qui pulcherrimi, maximi, omnibúsque rebus optimè ornati videantur. Qui autem non est erga filiũ iudex huiusmodi, non videtur mihi patris oculos habere. Proindè nomen patriæ primum est, & omnium familiarissimum. Nihil enim est familiarius. Siquis autem patri iustum honorem tribuit, vt & lex & natura iubet, conuenienter patriam anteponat. Etenim ipse pater patriæ est possessio, item patris patet, & omnes qui altiùs ex his sunt necessarij. Et ad Deos vsque paternos hoc nomen protenditur. Gaudent verò patriis ipsi quoque Dij, ac vniuersas res humanas, vt par est, intuentur, rati vniuersam terram & mare, suam esse possessionem. In qua tamen quisque eorũ natus est,

φερτιμᾶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. καὶ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες, καὶ νῆσοι θειότεραι, παρ' ἃς ὑμεῖται γενέσεις θεῶν. ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα τοῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τὸν οἰκεῖον ἕκαστος ἀφικνῆται, ἱερουργῇ τόπους. εἰ δὴ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ γε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὡς καὶ τὸν τοῦ θεὸν, εἰ καὶ κοινός ὅτι, ἀλλ' ἔν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ τοῦ θεοῦ. καὶ φωνῆς ἐντεῦθεν ἤρξατο, ὅπως ἐκμάθοι τὰ πρῶτα λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεοὺς ἐγνώρισεν. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεήσεται πρὸς τὴν μείζονα παιδείαν, ἵνα μὴ ἐν ἐκείνῃ καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τῆς πατρίδι χάριν. ὁ γὰρ αὖ ἐγνώρισεν οὐδὲ πόλεως ὄνομα, μὴ ὅτι πατρίδος, πόλιν εἶναι μαθών. πάντα δ' οἶμαι παιδεύματα, καὶ μαθήματα συλλέγοιεν ἂν ἕκαστοι, χρησιμώτερα αὐτῶν ἀπὸ τούτων τῆς πατρίδι παρασκευάζοντες. κτῶνται δὲ καὶ χρήματα, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος ἀναλήματα. καὶ εἰκότως οἶμαι.

illam reliquis omnibus vrbibus anteponit. Et venerabiliores sunt vrbes quæ sunt Deorum patriæ, & diuiniores insulæ, vbi Deorum natiuitas celebratur. Itaque A sacra hæc Dijs grata existimantur, quæ quis fecerit quum in proprios locos venerit. Iam si patriæ nomen Dijs est in pretio, quî non sit longè magis hominibus? B Etenim solem à patria primùm quisque vidit, non seu Deum: qui tametsi omnibus est communis, vnicuique tamen patrius esse C existimatur, quòd ex hoc loco primùm sit visus. Atque hîc vocem auspicatus est, primùm vernacula linguâ loqui discendo, & Deos cognouit. Siquis verò eam patriam est sortitus, quæ alte- D rius adminiculo indigeat, ad res maiores addiscendas: talium tamen disciplinarum gratiam habeat patriæ. Neque enim vel vrbis nomen nosset, nisi patriæ opera vrbem esse didicisset. Omnes E autem, opinor, artes & disciplinas sibi parant homines, per quas patriæ fiant vtiliores. Pecunias etiam possidet liberalitatis exercendæ gratia ad communes pro patria sumptus. Idque meritò:

δεῖ γὰρ τὰ μὲν ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τὰ μεγίστων τυχόντας εὐεργεσιῶν. μὴ οἱ κατὰ τοὺς καθ' ἕνα τις ἀποτυγχάνοι χάριτος, ὥσπερ ὀφείλων δίκαιον, ἐπιστᾶσι δὲ πάθη θεός τινος, A πολὺ μᾶλλον θεσμὸν ἡ πατρίδα τοῖς κάμνουσιν ἀμύνεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι παρὰ πᾶσι πόλεσι. κοινὴν δὲ θεσμὸν πάντων B μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χάριτος βροτῶν ἀποδίδοναι, καὶ τὴν τῶν νόμων αὐτῶν γνῶσιν. ὥσθ' ὃ μηδεὶς οὕτως C ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει γηρώμενος, ἀμελεῖν. ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις, συμπεσόντες αὐαγκαίως ὡς μέγιστον τὴν ἀγαθὴν πατρίδ, εἴ τε εὐδαιμονοῦντες, D εἰ καὶ τἄλλα εὖ πράττοιεν. τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον ἐνδεῖν νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν. ὀνειδος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας. καὶ τοὺς κατ' ἐμπορίαν ἢ E δημόσιόν τι χρῆσθαι λαμπρούς γιγνομένους, ἢ διὰ χρημάτων κτῆσιν, ἢ διὰ τιμῆς δόξαν, ἢ διὰ παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀσφαλείας ἕνεκα, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πάντας ἐπειγομένους, ὡς ἐν

opportet enim, vt qui maxima beneficia acceperunt, ingrati non sint. Quòd si singulis, vt æquum est, à quibus beneficium acceperis, gratiam referas: multò magis conuenit officia patriæ rependere. Nam in eos qui parentes vexarunt, extant leges in vrbibus. Æquum verò est existimare patriam omnium communem esse matrem, & gratiam educationis referre, & legum ipsarum notitiæ. Cæterùm nemo visus est adeò patriæ immemor, vt alibi degens, eam neglexerit. At verò qui in peregrinis regionibus malè rem gerunt, assiduò inclamant, patriam esse maximum bonorum. Et qui fœlices sunt, rémque in alijs omnib⁹ bene gerunt, hoc sibi maximum deesse putant, quòd non in patria, sed in peregrina regione habitant: siquidem probrosa est patriæ absentia. Eos quoque qui per tempus quod peregrè egerunt, clari euaserunt, vel ob paratas opes, vel ob honoris gloriam, aut ob eruditionis testimonium, aut ob fortitudinis laudē, videre est omnes in patriam properare, tanquam apud alios meliores res suas præclaras ostentare non possint. Ac

ἄλλοις βελτίοσιν ἐπιδειξόμενοι τὰ αὐτῶν καλά. ἢ

τοσούτῳ μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳπερ αἱ φαίνονται μείζόνων παρ' ἄλλοις ἠξιωμένος. πόθεινὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς. τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν, ὅσῳ πλέον τῶ φρονεῖν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ, καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων, καὶ σπεύδει, καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ὅπῃ ἡ πατρίς, ἵν' ὅθεν ἤρξατο βιῶν, ἐνταῦθα πάλιν, καὶ τὸ σῶμα παρακαταθῆται τῇ ἀρεσαμένῃ γῇ, καὶ τῶν πάλαι κοινωνήσῃ τάφων. δεινὸν γὰρ ἑκάστῳ δοκεῖ ξένης ἀλίσκεσθαι, καὶ μὴ θανάτου ἐν ἀλλοδίᾳ κειμένῳ γῆ. ὅσην δὲ τῆς ἰδιώτιδος τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἂν τῶν αὐτοχθόνων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταστάσεις, τὸ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε στέργοντες, ἡγούμενοι δὲ ἁπανταχῇ τῆς ἐπιτηδείου εὐπορήσειν, μᾶλλον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς πεδέμενοι. οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐγένοντο, καὶ ἐξάφασιν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, κἂν τραχεῖαν, καὶ λεπτόγειον.

tanto quisque maiore studio patriam pertingere flagrat, quanto rebus maioribus dignus ab exteris est habitus. Itaque etiam iuuenibus patria est desiderabilis: ijs autem qui iam insenuerunt, quanto plus quàm iuuenes habent prudentiæ, tanto etiam maius patriæ desiderium innascitur. Proinde senex quisque & nititur, & optat vitam in patria finire, vt vnde vitam exorsus est, hîc iterum & corpus in terra à qua nutritus est deponat, & paternorum sepulchrorum fiat particeps. Nam grauis vnicuique videtur peregrinitatis reatus, etiam post mortem in alieno solo iacenti. Porrò quanta benevolentia prosequantur patriam qui reuera sunt legitimi ciues, ex indigenis facilè discas. Nam peregrini tanquam spurij, facilè solum vertunt, quippe quibus neque notum est neque dilectum patriæ nomen: sed qui existimant fore sibi vbiq; rerum necessariarum copiam, fœlicitatem ventris voluptatibus metientes. Sed quibus patria est mater, solum diligunt, in quo nati sunt, & educati, quanquam modicum habeant, asperum, & infœcundũ.

κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, τῶν γε ὑπὲρ τὴ πατρίδος ἐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων. ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέρους στεμμωμένους, παῖδας ἀνεμμένους, καὶ λειμῶσι φυτοῖς παντοδαποῖς διειλημμένους, καὶ αὐτοὶ τῶν ὑπὲρ τὴ πατρίδος ἐγκωμίων ἐκ ἐπλανήθησαν. ὑπὲρ ἧς ἱπποβόσιον ὑποροῦντες, καὶ κυεσβόσιον ἐπαινέσι. καὶ κατοίδει τις ἐς τὴν πατρίδα, κἂν νησιώτης ᾖ, κἂν παρ' ἄλλοις εὐδαιμονεῖν δύνηται, καὶ διδομένῳ ἀθανασίαν ἐκ προσήσεται, προτιμῶν ὑπὲρ τῆς πατρίδος τάφον. καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς, λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. ὥστε ἆρα τίμιον εἶναι δοκεῖ ὑπὲρ πάντων ἡ πατρὶς, ὥσε καὶ τὸν παντάχοῦ νομοθέτας ἰδοί τις ἂν ὑπὲρ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτῳ ἐπιβεβληκότας τὴν φυγὴν, τιμωρίαν. καὶ οἱ νομοθέται μέντοι ἔτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πεπεισμένοι τοῖς στρατηγίας ἕτερος, ἀλλ' ἐν τοῖς μάχαις τὸ μέγιστον ὅτι τῶν παραγγελμάτων τοῖς παρατεταμένοις, ὡς ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ κἀκεῖς ὅστις αὖ δειλὸς, ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν

Et quanuis desit vnde soli præstantiam laudent, non saltem patriæ encomia deerunt. Sed quanuis alios videant gloriantes, agris interquiescentibus, & pratis omnigenarum plantarum decore distinctis, ipsi etiam patriæ laudes obliuioni non tradunt: sed equorum, iuuenúmque altricem suspicientes laudant: & reditum in patriam maturat, etiam qui insularis fuerit, tametsi apud alios fœlix esse possit, & oblatam immortalitatem prælato patriæ sepulchro respuet. Et vel patriæ fumus alieno igne videbitur ipsi luculentior. Vsqueadeò igitur res omnes pretio superare videtur patria, vt quisque videat passim legum conditores maxima scelera exilio tanquam grauissima pœna mulctasse. Neque legum conditores hac sunt in sententia, in alia exercituum præfecti: sed qui ad prælium in acie stant, hac exhortatione omnium maxima excitantur, quòd susceptum est pro patria bellum. Neque quisquam est, qui his auditis, ignauus esse velit. Etenim eum qui est meticulosus fortem reddit patriæ nomen.

ἀκούσας τούτου, κακὸς εἶναι ἀνδρεῖον, τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ. DE DIPSADIBVS.

ARGVMENTVM.

Præfatio quædam est, cuiusmodi & superiores nonnulla sunt, qua studium suum erga auditores, siue quicunque illi tandem fuer, quibuscum versatus tum fuit, collatione ista cum Dipsadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere serpentū percussi sunt, inexplebilis quædam sitis inuadit, ita vt quo sunt plus pota, plus sitiantur aquæ, vt ille ait: ita se quoque desiderio quodam insatiabili teneri ait: & quo frequentius apud illos sit, eo magis ac magis esse cupere. Porrò quod ad Dipsadis morsum & sitim istam lethalem attinet, habes consimilem fermè descriptionem, atque exemplum Auli cuiusdam signiferi, in exercitu Catonis, qui eodem modo perijt, vt ille, de quo epigramma præsentis narrationis testatur, apud Lucanum libro nono, vbi & cæterorum serpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumeratur, addita etiam fabula, cur Libya serpentibus ita abundet atque infesta sit.

Ης Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ὀξὺ βαθεῖα, καὶ γῆ διακεκαμμένη, ἔρημος ἅπα πολὺ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πεδίνη ἅπασα, ἄ χλόην, ἄ πόαν, ἄ φυτὸν, ἄχ ὕδωρ ἔχουσα, ἤ εἴ πῃ ἀφ' ὧν κοίλοις συνεστηκὸς ὑετὸν ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, καὶ παύσι διψῶντι ἀνθρώπῳ πότιμον. ἀοίκητος γοῦν ὅτι διὰ ταῦτα, ἢ πῶς ἂν οἰκοῖτο, ἀνήμερος οὕτω, καὶ ξηρὰ, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ τῷ ἀμηχανίῳ πιεζομένη, καὶ τὸ θάλπος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, κομιδῇ πα-

Vstrale Libyæ latus, arena est profunda, & retorrida terra multis in locis deserta, planè infœcunda, plana tota, non gramen, non herbam, non plantam, non aquam habēs: sed sicubi in concauitatibus constiterint rari imbris reliquiæ, crassæ sunt hæ, & fœtidæ, nec homini sitibundo potabiles. Has igitur ob causas est inhabitabilis. Et quo tādē pacto inhabitari posset locus ita implacidus, siccus, sterilis, multóque squalore afflictus: cū ipse calor, & aër

ρόδης, καὶ φλογερὸς ὤν; καὶ ἡ ψάμμος ὑφ' ἡλίου σα, παντελῶς ἄβατον τὴν χώραν ποιῆσαι. Γαραμάντες μονοι τῶν ἐθνῶν οἰκοῦντες, ἀγροῖκοι ὄντες, ἀγρίοις, καὶ καῦφον ἔθνος, ἀνθρωποι σκηνίται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε ἔτοι ἐσβάλλουσι, θηρεύοντες ἀμφὶ τροπὰς τὰς χειμερινὰς, μάλιστα ὅσαπερ τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε τὸ πολὺ τῦ κάυματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος κοπιοθείη, καὶ ἀμμιγὴς βατὰ γένοιτο. ἡ θήρα δέ ἐστιν, ὄνων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων καμηλοπαρδάλεων, καὶ πυθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε. ταῦτα γὰρ μόνα διαρκεῖ πρὸς τὸ δίψος, καὶ αἰσθάνεται ὅτι πολὺ τὰλαίπωρον ὑμμα ὑπὸ πολλῷ, καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ. καὶ ὅμως οἱ Γαραμάντες ἐπειδὰν τὰ σπέρματα καταλώσωσιν, ἅπερ ἔχοντες ἀφίκοντο, ἀπελαυνόμενοι ὑπὸ τῶν ἐπόπισθεν, δεδιότες μὴ σφίσιν ἡ ψάμμος ἀναφλεγείη τε, δύσβατος, καὶ ἄπορος γένηται. εἶτα ὥσπερ ἐντὸς ἀρχαίων κηρύξαντες, καὶ αὐτοὶ ἀπόλωνται μὴ τὰ ἄρχαια. ἄφυκτα γάρ ἐστιν, ὡς ὁ ἥλιος ἀναστάσας τὴν ἰκμάδα, καὶ ξέσῃ, ἀκμαιοτέρην τὴν ἀκτῖνα

nimium sit ardens & igneus? Præterea præferuida arena, prorsus inuiam regionem facit. Soli Garamantes ijs locis finitimi, gens leuis, & A frugalis, homines in tentorijs degentes, venatione vt plurimum viuentes, nonnũquam irrumpunt venantes circa solstitium hybernum, maximè vbi Deum pluisse B obseruarunt, quo tempore magna pars ardoris est extincta, & madefacta arena, & quodammodo peruia reddita. Venãtur autem onagros, C magnos struthiones humi volantes, cum primis simias, & nonnunquam elephantos. Hæc enim animantia sola sitim perferunt, diúque immodici feruidíque solis molestias sustinent. Sed enim D Garamantes posteaquam commeatum cum quo venerant, consumpserunt, ilico reuertuntur, metuentes ne arena iterum incensa illis intercludat, aut difficiliorẽ reddat reditum: deinde sibi E tanquam in reti cõprehẽsis, vnà cum præda sit pereundũ. Nam effugere non datur, si sol humore subtracto, & regione celerrimè exsiccata, radijs ardẽtioribus emissis, tãquã humido, quod est ignis

τάλιστα ξηράνας τὴν χώραν, ὑπερθορόσκαλον, ἅτε πρὸς τὴν ὑγρόδα

παρατεθυμμένον. βοφὴ γὰρ αὐτὴ τῷ πυεῖ. καίτοι ταῦτα πάντα ὁπόσα εἶπον, τὸ θάλπος, τὸ δίψος, ἡ ἐρημία, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐν τῇ γῇ λαβεῖν, ἧττον ὑμῖν δυσχερῆ εἶναι δόξει τῶν λεχθησομένων, καὶ διὰ τοῦτο φευκτέα πάντως ἡ χώρα ἐκείνη. ἑρπετὰ γὰρ ποικίλα, μεγέθει τε μέγιστα, καὶ πλήθει πάμπολλα, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτα, καὶ τὴν ἰὸν ἄμαχα, ἐπινέμεται τῷ γένει. τὰ μὲν, ὑποβρύχια, φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου. τὰ δὲ, ἄνω ἐπιπολάζοντα, φύσεσιν, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ κεράσαι, καὶ βασιλίσκοι, καὶ ἀκοντίαι, καὶ ἀμφίσβαιναι, καὶ δρακόντες, καὶ σκορπίων γένος διπλάν. τὸ μὲν ἕτερον, ἐπίγειόν τε, καὶ πεζὸν, ἀσώματα, καὶ πολυσφόνδυλον. πάτερον δὲ, ἐναέριον, καὶ πτηνόν. ὑμνοῦσι δὲ, οἷα ταῖς ἐκεῖσε, καὶ τέτριξι, καὶ νυκτερίσι τὰ πτερά. τοιαῦτα ὄρνεα πολλὰ ἐπιπετόμενα, ἐκ συνεχόντων ἀπεργάζεται Λιβύην ἐκείνην. τὸ δὲ δὴ πάντων ἑρπετῶν δεινότατον, ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ἡ διπλᾶς ὄφις, ὄφις ἐκ παῦ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος, τὸ δῆγμα σίαλος, τὴν ἰὸν παχὺς, ὀδυνᾶς μὲν ἀλήκτους ἐπάγων ὀδυνᾶς. σκηρᾷ τε δὴ, καὶ

nutrimentum, acuminatis efferuescat. Atqui quæcunque dixi, calor, sitis, solitudo, nihil habere quod ex terra capias, minùs grauia vobis esse videbuntur, quàm quod dicturus sum: atque ob id fugienda prorsus illa regio quam reptilia varia, magnitudine ingentia, multitudine plurima, forma terribilia, & veneno inexpugnabilia depascuntur: alia quidem in imis arenæ latibulis demersa: alia in summo scatentia, scilicet physalli, aspides, vipetæ, ceraſtæ, bupreſtes, iacula, amphisbenæ, dracones, & duplex scorpionum genus: vnum terrestre, pedibus ingrediens, permagnum, vertebris abundans: alterum verò aërium, & volatile, membraneis alis, quales sunt viuerris, cicadis, & vespertilionibus. Multæ huiusmodi volantes aues, inacceſſam reddunt Libyam illam. Sed serpentum omnium quos arena nutrit, nocentiſſimus est dipsas, non admodum magnus, viperæ similis, violento morsu, veneno crasso, dolores statim inducens indesinentes. Etenim & incendit, & pu-

σήπει, καὶ πίμπρασθαι ποιεῖ. καὶ βοῶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ κείμενοι. τὸ δὲ μάλιστα καταπονῶν, καὶ καταζύχον αὐτοὺς, ἐκεῖνό ἐστιν, ὁμώνυμον πάθος τῷ ἑρπετῷ. δίψῃ γὰρ εἰς ἀσβολίαν. καὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳ περ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ. καὶ ἡ ἐπιθυμία πολὺ πλέον ἐπιτείνεται αὐτοῖς. οὐδὲ ἂν σβέσειάς ποτε τὸ δίψος, οὐδ' ἂν τὸν Νεῖλον αὐτὸν, ἢ τὸν Ἴστρον ὅλον ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ προσεκκαύσεις ἐπάρδων τῷ νόσῳ. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ κατασβεννύοι, λέγουσιν ἰατροὶ παῖδες ἐκείνῳ τῷ αἰτίαν εἶναι, παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα, ἔπειτα δευόμενον τοῦ ποτοῦ, ὀξυκίνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον ὡς τὸ εἰκὸς καθιζάνοντα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαχεόμενον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδένα τοῦτο πεπονθότα εἶδον, μηδὲ ὦ θεοί, ἴδοιμι οὕτω κολαζόμενον ἄνθρωπον. ἀλλ' οὐδὲ ἐπέβην τῆς Λιβύης τοσοῦτον, εὖ ποιῶν. ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὃ μοί τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν, αὐτοὺς ἐπὶ σήλης ἀναγνώναι, καὶ δὴ ἐγὼ ἔφην ἀποθανόντος. ὃς ἐκ Λιβύης ἔφη, ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον, περὶ τὰ μεγάλα

trefacit, & ardere facit: & qui icti fuerint, clamant ficuti qui in igni iacent. Sed quod maximè affligit, & torquet, illud est, quòd huic reptili cognominem affectum patiuntur. Etenim inextincta siti cruciantur: & quod maximè est mirum, quo plus biberint, eo magis potum expetunt: & multò plus ipsis bibendi cupiditas intenditur. Nec sitim vnquam extinxeris, tametsi totum Nilum, Istrúm-ue potandum præbueris, sed morbum irrigando incendes magis: quēadmodum siquis ignem oleo extinguere conetur. Dicunt medici illam esse causam: quòd crassum cùm sit venenum, quando postea potu madefecit, celeriter mouetur, humidius, vt verisimile est, redditum, & latissimè diffusum. Ego equidem neminem hoc affectu laborantem vidi. Et faxint Dij ne quenquam his cruciatibus conflictantem videam. Et rectè feci, quòd nusquam ingressus sum Libyam. Verū audiui epigramma, quod amicorum aliquis se legisse dicit in cippo viri hoc modo perempti: qui ex Libya, inquiebat, iter in Ægyptum faciens, magnam syrtim præteribat: σύρτιν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν.

οὐ γὰρ εἶναι ἄλλως. ἔνθα δὴ τάφῳ ἐντυχεῖν, παρὰ τὴν ἠϊόνα, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι, καὶ σπήλαιον ἐφεστάναι, δηλοῦσαν τὸ ὀλέθρου τὸν τρόπον. κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἀνδρωπον μάλα πανα, οἷον τὸν Ταντάλον γράφουσιν ἐν λίμνῃ ἑστῶτα, καὶ ἀρυόμενον τὸ ὕδατος, ὡς πιεῖν δήθεν. τὸ δὲ θηρίον ὑπ', ἢ διψάδα ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιειλημένας τῷ ποδὶ καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτῷ. πλησίον ὑ ὠὰ κεῖσθαι οἷα τῶν στρουθῶν ἐκείνων, οὓς ἔφαμεν θηρᾶν τὸν Γαραμάντας. γεγράφθαι δ' ὑπὸ τοὐπιγραμμα, οὐ χεῖρον δ', καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Τοῖα παθὼν τ' οἶμαι καὶ Ταντάλον ἀδρόπος ἰῆς
Μηδαμὰ κοιμίσαι διψαλέην ὀδύνην,
Καὶ Δαναΐδι κούρᾳ τρίτον πίθον ἐκ αὐαίνησαι,
Αἰὲν ἐπαντλούσας ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

ἔτι καὶ ἄλλα ἔτι τέτταρα ὄντα περὶ τῶν ὠῶν, καὶ ὡς ἀνευρύμμενος αὐτὰ, ἐδήχθη. ἀλλ' ἐκ ἔτι μέμνημαι ἐκείνων. συλλέγουσι δ' ἀρα τὰ ὠὰ, καὶ ἐκπυδάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περσικοὶ, οὐχ ὡς φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ σπένειν

neque enim alia est via. Hîc se ad littus in sepulchrum incidisse, propter ipsum fluxum, & cippum stare mortis modum declarantem. Sculptum enim in eo esse hominem quendam, qualem pingere solent Tantalum in palude stantem, & aquam haurientem, non aliter ac si biberet: bestiam autem nempe dipsada ipsi adhærentem, pedi esse implicatam: tum mulieres aquam ferentes simul multas aquam in ipsum effundere. Iuxta verò posita esse oua qualia struthionum illorum, quos dixi Garamantas venari. Est autem adscriptum epigrāma, quod referre non erit alienum.

Talia passus erat vir⟨u⟩ quoque Tantalus atro.
Qui nullo potuit fonte leuare sitim:
Tale nec⟨è⟩ Danao natas implere puellas,
Assiduis vndis vas potuisse reor.

Sunt præterea quatuor alij versus de ouis, & vt ea tollens, morsus est: sed exciderunt mihi. Itaque oua colligunt, eáque magno studio curánt vicini, non tantùm edendi gratia: sed illis euacuatis,

χεῶνται κενώσαντες, καὶ σκεπάσματα τοιοῦτοι ἀπ' αὐτῶν. οὐ γὰρ ἔχουσι κεραμεύειν διὰ τὸ ψάμμον εἶναι τὴν γῆν. εἰ δ' καὶ μεγάλα εὑρεθείη, καὶ πίλοι γίγνοιντ' ἂν δύο ἐκ τῶν ὠῶν ἑκάστου. τὸ γὰρ ἡμίτομον ἑκάτερον ἀποχρῶν τῇ κεφαλῇ, πίλος ἐστίν. ἐκεῖ τοίνυν λοχῶσι αἱ δίψαδες πρὸ τῶν ὠῶν, καὶ ἐπειδὰν προσέλθῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ψάμμου ἐξερπύσασαι, δάκνουσι τὰ κατοκαιόμενα. ἀεί, παρὰ σκεῖνα τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένα, πίνων ἀεὶ, καὶ μᾶλλον διψῶν, καὶ πιμπλάμενος οὐδέποτε. ταῦτα μὲν Διὶ θεῷ Νίκανδρος ἐστὶ πεποιηκὼς φιλοπάθημα διεξελθεῖν, καὶ ὅπως ὑμεῖς μάθοιτε ὡς ἂν ἄμεινον χθιζὰ μοι, φύσεις τῶν λιβυκῶν ἑρπετῶν εἰδέναι. ἰατρῶν γὰρ ἂν μᾶλλον ἢ ἄπιστος εἴη, ὃς ἀνάγκην εἰδέναι ταῦτα, ὡς καὶ ὑμῖν δοκῶ, καὶ τὸν Φειδίου μὴ δυσκεράσαντα τὴν εἰκόνα θηρίῳ δῆπου, ὁμοίων τι καὶ αὐτὸς παθεῖν περὶ ὑμᾶς, οἷον ἐκεῖνοι πάσχουσι περὶ τὸ πῶμα οἱ δηχθέντες ὑπὸ τῆς δίψαδος. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλέον παίσῃ ἐς ὑμᾶς, τοσούτῳ μᾶλλον ὀξέσκομαι τὸ πεπόμενον, καὶ τὸ δίψος ἄφατον ἐπεκχύνεται μοι.

tis vt vasis vtuntur, & ex ijs pocula faciunt. Neque enim, quia arenosa est terra, figulinam exercere possint. Magnis autem inuentis, duo pilei fiunt ex singulis ouis. Alterutra enim dimidia pars capiti sufficiens, est pileus. Ibi ergo ad oua dipsades sunt in insidijs: & quum accesserit homo, ex arena prorepentes, infœlicem mordent. Atque illi accidunt quæ paulo ante dixi, semper bibenti, magisque sitienti, neque se vnquam implenti. Hæc per Iouem non differui tanquam æmulus Nicandri: neque vt intelligaris me non negligere notitiam naturæ Libycorum reptilium. Medicorum enim magis ista laus est, quibus hæc scire necesse est, vt aduersus ea ex arte opitulari possint. At mihi videor, ac per Phidiam, ne hanc imaginem ferinam ibiquo animo feratis, eodem modo erga vos affici, quo in potum qui à dipsade morsi sunt. Nam quo crebriùs ad vos ito, eo magis itare capio, & siti intolerabili incendor,

κἀγὼ ἔοικα νῦν ἐμπλήσεσθαι ποτε τοῦ τοιούτου ποτοῦ. καὶ μάλα εἰκότως. ποῦ γὰρ ἄν ἄλλου ἄνθρωπος ἐντύχοι μείζονος συγγνώστου, εἰ δυσχεραίνει καὶ αὐτὸς τῷ ψυχῇ πάσχων τοιούτῳ, καὶ ὑγιεινοτάτῳ τῷ δήγματι, ἐμφορεῖσθαι χανδὸν, καταδεῖσθαι τῷ κρανίῳ τὴν κεφαλήν. εἰη μόνον μὴ ἐπιλείπειν τὰ παρ' ὑμῶν ἐπιῤῥέοντα, μὴ δὲ χωρεῖσθαι πλείω τοῦ ἀκροατοῦ τὴν ἀκρόασιν, κεχηνότα, ἔτι καὶ διψῶντα καταλιπεῖν, ὡς δίψιος γε ἕνεκα τοῦ ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε πίνειν ἀεί. καὶ γὰρ τὸν τοῦ Πλάτωνα, κόρος οὐδεὶς τῶν καλῶν.

Diues opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia:
Et miſerum lachrymis ſic conſolatur obortis:
Sume animos, dos eſt en tibi ſumma gener.
Ille vbi iam præter ſpem partas, ſorte nouata,
Senſit opes, priſcum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor eſt, ventri vt famuletur inerti
Per fas atque nefas: ſic periſſe iuuat.
Hinc inopem rurſus ſocer arguit omnia retro
Dum fluitare videt, fortéque lapſa ſimul.
Iámque madent genæ, & luctu miſeò omnia complet.
Nec Theron, ſed dos iam dolet, & ſoboles.
Heu nimium ſerò didiciſſe iuuat, aliis non
Eſſe bonum, quiſquis non fuit ipſe ſibi.

Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
Ἢν δ' μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

Εἰς αὐτάρκειαν.

Ὡς πεδινεξόμβος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
Ὡς δ' βιωσσυλλος φείδεο σῶν κτεάνων.
Εἰ δ' ἀνὴρ σόφος οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέζονα ἐφαρμόσατο.

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν εὖ πράσσουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι.
Τοῖς δ' κακῶς, μία νὺξ ἄπλετος ἐστι χέρσος.

Εἰς ἔρωτα.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀχολάστοις
Ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔνδ' ὁ ἔρως πεφάσπε.

Εἰς χάεπας.

Ὀκτῶ χάεπες γλυκυπρώτερας, ἰὼ δ' βραδυῖν,
Πάσα χαεὶς κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χαεὶς.

Εἰς ἀχαείσους.

Φαῦλος ἀνὴρ πάντος ἐστὶ πεπημένος, εἰς ὃν ἀπάσας
Αὐτλῶν τὰς χάεπας, πεὶς κενὸν ἐξέχεας.

In vitam humanam

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Omnia mortales fugiunt mortalia cùm sint:
Et, si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

In sufficientiam.

VENATORIO Interprete.

Vtere diuitijs veluti iamiam moriturus:
Ceu sis victurus, tu quoque parce tuis.
Ille sapit verè, qui res perpendit vtrasque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

In breue æuum.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Fœlici brevis est etiam longissima vita:
Tempus at immensum est, vnica nox misero.

In amorem.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Mortales non fædit amor: mens crimen amori
Impingit sceleris luxuriosa sui.

In gratias.

LVSCINIO Interprete.

Munificus gratare citò, quò dulcior adsit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

In Ingratos.

LVSCINIO Interprete.

Rimarum plenus perdit tua dona sceleſtus:
Si sapis, integro vina reconde cado.

Εἰς Θεούς.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας.
Οὐ λήσεις δ' Θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

Εἰς κόλακας.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
Ἀνθρώπου καθαρὰν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

Εἰς μυσήριον.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσαν σφρηγὶς ὀπικείσθω.
Κρείσσων γὰρ μύθων ἡ κτεάνων φυλακή.

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἔξιν ἀληθῆ.
Τἄλλα δ' ἔχει αὐτὴ πλείονα τῶν κτεάνων.
Τόνδε πολυκτέανον, καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
Κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις οὐ φρονέων κεκτημένος, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπιζόμενος.
Οὗτος ὁποῖόν μέλισσα πολυφρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
Μοχθήσει, ἑτέρων δρεψαμένων τὸ μέλι.

Εἰς τύχην.

Ἀρχὸς Ἀχαιμενίδου γεγόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου.
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.

In Deos.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Mortales si fortè latent tua crimina nequam:
Quod tecum reputas non latet hocce Deos.

In Adulatores.

OBSOPOEO Interprete.

Nil homine inuenit natura nocentius illo
Quàm: qui synceram fingit amicitiam.
Non hostis vobis vltrà, sed habetur amicus,
Talis: & hac ista lædimur arte crebrò.

In Mysterium.

OBSOPOEO Interprete.

Fac arcana premat tacitæ custodia linguæ,
Sermonum custos est mihi maior opum.

In Diuitias.

SLEIDANO Interprete.

Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille
Postrema quisquis parte locabit opes.
Dives erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opésque tenacem
Congerit in testam, quo numerare queat,
Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

In Fortunam.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Fundus Achæmenidæ quondam hic fuit, inde Menippi:
Núncque hunc, núncque alium rursus adibit herum.

Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με πότ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ἔλως ἐλεγὸς, ἀλλὰ τύχης.

Εἰς εὐτυχεῖς.

Μὴ παίων, φίλος εἶ ὀνητοῖς, φίλος εἶ μαχάρεσσι,
Καί σευ ῥᾳδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
Ἂν παίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, τύχης τε βροτῶν συμμεταβαλλόμενα.

Εἰς φεύγοντα.

Ἡ βεβαίοις βουλὴ, μετ' ἀμείνων, ἢ ὃ ταχεῖα
Λίην ἐπελκομένῳ τῷ μετάνοια ἔχει.

Εἰς βίον.

Ἐξ ὧραι μόχθοις ἱκανώτατοι, αἱ δ' μετ' ἀυτὰς
Γηράμασι δεικνύμεναι, ζωῆλέγοισι βροτοῖς.

Εἰς βόρεον.

Εἰ ταχὺς ἐς τὸ φαγεῖν, καὶ πρὸς δόρμον ἀμέλυς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσί σου χρῶ, καὶ βέλτε τῷ στόματι.

Εἰς ἀδιάλυτον.

Εἰς τι μάτην νήπιος δέμας Ινδικὸν ἔλκο τέχνῃ,
Οὐ διάσασι δυσφερὲς νύκτα καθηλιάσαι.

Εἰς δυσώδεις.

Οὔτι χάμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἢ καθ' Ὁμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων, ὡς ὁ λόγος πυείπους,

Nam se olim hic dominum ratus est, nunc retur & ille.
Illius at sola est fors hera, nullus herus.

In Fœlices.

VITO APERMACHIO Interprete.

Si non delinques, tibi dísque hominésque fauébunt.
Præstabunt faciles quæque precatus eris.
Ast vbi peccaris, cessat fauor, omnia plena
Sunt odij, facta & sors aliena tibi.

In prudentiam.

SLEIDANO Interprete.

Sit mora consilijs. Nam si moderamine tractes,
Prosunt: vt stultè præcipitata nocent.

In Vitam.

VOLATERRANO Interprete.

Sex horę tantùm rebus tribuuntur agendis:
Viuéque post illas, littera ζῆν monet.

In Edacem.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Si properè comedis, si tardo poplite curris,
Ore velim curras, & pedibus comedas.

In Impossibile.

SLEIDANO Interprete.

Æthiopem quid stulte lauas? Nam splendida nunquam
Nox fuerit, lumen sole negante suum.

In Fœtidos.

BAPTISTA PIO Interprete.

Mæonides non tale malum spirasse Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos,

Οὐ λῆμος σύμπας, οὐχ ἁρπυιῶν τὸ θρασύ,
Οὐδ' ὁ φιλοκτήτου πῦς ἀποσκηπτόμενος
Ὥστε σε παμψηφεὶ νικᾶν τελέσιλλα χαίρειν,
Σπερδόνες, ταύρους, ὄρνεα, λημιάδας.

Εἰς τύχην.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα.
Τοὺς μικροὺς αἴρει, τοὺς μεγάλους καταγεί.
Καὶ σῦ τίν' ὀφρύν, καὶ τὸν τύφον καταπαύσει,
Κἂν ποταμὸς χρυσᾶ νάματά σοι παρέχῃ.
Οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἔμεμος ποτὲ, ταὶ δ' μεγίστας
Ἡ δρύας, ἢ πλατάνους, οἵδε χαμαὶ καταγεῖν.

Εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκμὴν θυμὸν ἔχοντα,
Νηλειὴς αἴδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ, καὶ Σαμοθρῄξι Θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Ἀπὸ γυναικῶν.

Ἑλλάδα νικήσασαν ἀβρίβιον ἀασίδα Μήδων,
Λαὶς θῆκεν ἐῷ κάλλει λιπόδιλον.
Μοῦφ' ἐνικήθη ὑπὸ μηρῷ, καὶ τὸν ἔλεγχον

Non omnem Lemnum, volucrum excrementa sororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Iudicio quare populi Telesilla Chimæram
Vince, boues, sanies, Lemniadas, volucres.

In Fortunam.

IO. SLEIDANO. Interprete.

Multa potest fortuna, vel insperata, potentes
Deijcit, ac tenues subuehit illa viros.
Illa supercilium tibi protinus auferet, & si
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim malua, limosáque abstinet vlua,
Sed veteres ornos exagitare solet.

In Infantes.

VRS. VELIO Interprete.

Quinquennem rapuit puerum immiserabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. Nam paucos vt breuis annos
Vixi, sic vitæ pauca siniſtra tuli.

De Naufragis.

VRS. VELIO. Interprete.

Glauce, tibi & Nereo, Inóque tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonsus,
Nil aliud quum sit, dedico cæsariem.

De Mulieribus.

IO. BENEDICTO Interprete.

Quæ profligauit scutatos Græcia Medos,
Præda fuit formæ Græcia Laidicæ.
Sola senecta illam domuit, gratúmque iuuente

Ανθετό σοι Παφίη, τὸν νεότητι φίλον,
Ἥς χὸ ἰδεῖν συγκέκι πολιῆς παιπαλόεσσα μορφώσ,
Τῆσδε σωτέχναιρεν ἐν σκιόεντι τόπῳ.

Εἰς ἄγαλμα Αφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν συλήσαιμος Παφίην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τῆς πανταλλὰς ἄγαλμα
Κύπρι, τῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

Εἰς ἄγαλμα Ηχοῦς, ὡς παρὰ τὸ Πανός.

Ηχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς φίλε, Πανὸς ἑταίρην
Αντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένην.
Παντοίων σωμάτων κάλλον εἰκόνα, ποιμένιον ἦδη
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλυοῦν ἄπιθι.

Εἰς ἀγωνιστάς.

Οἱ συναγωνισταὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Αμην, οὐδένα γὰ πώποτ' ἐθαυμάτισεν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πᾶσαν ὅσην Ελλὰς ἀγωνοτεθοῦσαν ἄμιλλαν
Πυγμῆς, Ανδρέλεως πᾶσαν ἀγωνισάμην.
Εἶχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἑνὸς ὠτίου, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Ἐν βλεφάροιν, Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σὺν πολίταις,
Ἀρσὶ μὲ ἐν παιδίων ἢ νεκρὸν, ἢ κολοβόν.

Tumul-

Tum suspendit anus Cypri tibi speculum.
Cuius enim canæ veram odit cernere formam,
Obscuratam odit cernere & effigiem,

In Statuam Veneris, quæ est in Cnido.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Nulli nuda Venus visa est: si visa sit vlli,
Is vidit, nudam qui statuit Venerem.

In Eandem.

Eodem interprete.

Offero Cypri tuæ tibi sculpta imitamina formæ:
Forma nam melius nil mihi Cypri tua.

In Statuam Echûs tanquam à Pane.

CORNARIO Interprete.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibúsque sonis omnia quę recino.
Oris imago loquens cuiusuis, agricolis sum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

In Pugiles.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Hîc pugil à socijs positus certaminis Apis:
Quòd nulli fecit saucia membra viro.

In Idem.

Eodem Interprete.

Quodcunque instituit certamen Græcia cæstus,
Hoc inter pugiles Androleos subij.
Restitit vna mihi Pisæ auris, & vna Platæis
Palpebra: me Python funerat exanimem.
At pater, vt functum stadio, mutilum-ue reportet,
Ciuibus armatur Damoteles socijs.

Εἰς γραμματικούς.

Ἰλαδὶ γραμματικὴ φυσίζωε, ἴλαδι μᾶτα,
Φάρμακον εὑρομένη μιλτὶν ἄειδε θεά.
Ἐχθὶω γὰ καί σοι τριχαλλέα δωρήσαδζ,
Καὶ βωμὸν δυέων μήποτε λευομένων.
Καὶ γὰ σᾶ μεσαὶ μὴ ὁδοὶ, μεσὴ δ' θαλασσα,
Καὶ λιμῆες, παίτων δέκτεια γραμματική.

Εἰς δυσώδεις.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀζοσόμος ἐξορκιςὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπτερον δυνάμει.

Ἐρως δραπέτης.

Ἀ Κύπρις τὸν ἔρωτα, τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώσρει,
Εἴ τις ὁνὶ πειόδιοι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα,
Δραπετίδης ἐμός ὄδιν. ὁ μανυτὰς, γέρας ἕξει.
Μιδός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κυπρειδος. ἰὼ δ' ἀγάγης νιν,
Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ' ὦ ξένε, ϗ πλέον ἕξεις.
Ἐςὶ δ' ὁ παῖς θρίξαμος, ὲν εἰκόσι πᾶσι μαθοις νιν.
Χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἰκελος, ὄμματα δ' αὖτε
Δειμύλα, ϗ φλογόεντα, κακὰ φρένες, ἀδὺ λάλημα.
Οὐ γὰ ἴσον νοέει ϗ φθέγγεται. ὡς μέλι, φωνά.
Ἦν δ' χαλᾷ. νόος ὄδιν ἀνάμερος, ἠπροπευτὰς,
Οὐδὲν ἀλαδύνων δολιον βρέφος, ἀγρια παίζδει.
Εὐπλόκαμον τὸ κάρανον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ θρόσωπον.
Μικκυλα μὲν πίνω τὰ χερύδεια, μακρὰ δ' βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, ϗ εἰς Ἄϊδεω βασιλῆα.
Γυμνὸς μὲν τόγε σῶμα, νόος δ' οἱ ἐμπεπύκασται,
Καὶ πτερύγεις ὅσον ὀρνις, ἐφίπαται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλοις

In Grammaticos.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Grammatice, inuentrix victus, & Musa faueto:
Quæ fers Mæonio carmine dulcis opem.
Quàm tibi debuerant offerri splendida dona,
Aráque non vsquam destituenda sacris.
Nanque rui, plenæque viæ, pontúsque refertus,
Littoráque, ô cunctis commoda Grammatice.

In Fœtidos.

IOHANNE BENEDICTO Interprete.

Oris odore graui, non sacris dæmona verbis,
Exorcista olido depulit ore loquens.

Amor Fugitiuus.

BONAVENTVRA VVLCANIO Interprete.

Amissum Venus inclamabat saucia natum,
Ecquis mî in triuijs errantem vidit Amorem?
Ille fugax meus est. dulce index munus habebit,
Basiolum Veneris. quòd si ipsum adduxeris, hospes,
Non tibi basiolum simplex dabo; at amplius addam.
Plurima inest puero nota, qua dignoscere possis.
Non albus faciem, sed totus flammeus, acres
Scintillant oculi, mala mens, oratio blanda,
Lingua animo dispar, suauis vox mellis ad instar.
Irato, mens intractabilis & fera. fallax,
Versutus puer, & mendax, immania ludit.
Crispicomum caput est illi, faciésque proterua.
Estque pusillimanus, sed longè spicula mittit.
Mittit in ipsum Acheronta & regem figit Auerni.
Nudus membra volat passim, sed tecta latet mens,
Aliger instar auis, nunc hunc, nunc inuolat illum.

Ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας, ὅτι σπλάγχνοις ὑ κάθηται,
Τόξον ἔχει μάλα ἐαιὸν, ὑπὲρ τόξῳ ὑ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αὐτέρα δ' ἄχρι φορεῖται.
Καὶ χρύσεον ἀμφὶ νῶτα φαρέτρειον. ἔνδοθι δ' ἐστὶ
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κ' ἐμὲ πρόσπτει,
Πάντα μᾶλ' ἄχρια, πάντα. πολὺ πλείων ὑ οἱ αὐτῷ
Βαιὰ λαμπὰς ἐοῦσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἐναίδει.
Ἦν τύ γ' ἕλῃς πίνων, δαμάσας ἄγε, μηδ' ἐλέησῃς,
Κλαῦ ποτ' ἰδὼν κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κλαῦ γελάᾳ, τύ γιν ἔλκε, κὴ ἰὼ ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
Φεῦγε. κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐστί.
Ἦν ὑ λέγῃ λάβε πάντα, χαείζομαι ὅσσά μοι ὅπλα,
Μή τι δόλῳ πλαίσῃ δῶρα, τὰ δ' πυεὶ πάντα βέβαπται.

Τέλος δευτέρου τῆς Λουκιανῆς
μέρους.

Fœmina máſue fiet, ſedem ad præcordia figens.
Paruulus huic arcus, neruóque aptata ſagitta.
Parua ſagitta quidem, ſed quæ æthera tendit ad vſque.
Paruula poſt tergum pharetra aurea; at intus amari
Sunt calami, quibus improbus & me ſæpe laceſſit.
Omnia ſæua illi, ſæua omnia, ſæuior illa
Paruula fax, ipſum ſolem qua ſæuus adurit.
Hunc tu ſi capies, vinctum duc, nec miſerare.
Si flentem videas, ne decipiare caueto.
Sin ridet, tu ſtringe trahens. Si ſuauia porgat,
Tu fugito: oſcula dira, & labra infecta veneno.
At ſi dicat, Habe hæc, Tibi cuncta hęc largior arma,
Ne attigeris. fallax donum, tincta omnia flammis.

FINIS.

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

Duo hi dialogi sequentes, Luciani non sunt, neque græcè scripti etiam, sed quia à doctis Italiæ, cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: ne eorum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præsertim cùm ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipsi essent.

Interloquutores: *Palinurus, Charon, Pal.*

OBsecro te ô Charon, sine me vt iam nauim conscendam. *Cha.* Quis me appellas? *Pal.* Ego nauita quondam illius, quem nuper viuentem transuectasti, Æneæ Troiani. *Cha.* Tu ne ille es, qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? *Pal.* Ille ipse sum. Sed crede cœlestium nutu fieri, vt transuehar, quorum prodigijs longè latéque actæ finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô iustissime Charon, patere tandem vt ingrediar, sic prospera semper sit nauigatio tua, sit solida nauis tua atque inconcussa. *Cha.* Rem iustam petis, Palinure, ingredere, vt libet: vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis desiderij? Expectate tantisper, dum trans flumen hunc porto, regrediar quamprimum. *Pal.* Habeo tibi Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem, qua detinebar trãsfretandi cupidine liberasti. *Cha.* Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominasti, qui & super omnes, quos vnquam viderim, mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate, tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium: par enim sibi quisque parem affectat, delectátque magis, quæ inter pares fit, vel confabulatio vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertumque

ſedis tuę. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quenquam, niſi humato priùs corpore, tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubiectúſque alienæ poteſtati, cui parêre non tam pulchrum mihi, quàm alias neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum releuare dolorem (ſalua lege officij mei) poſſum. *Pal.* Imò ego non minùs propter te dolebam ô Charon, quia perſpiciebam tot te graues aſſiduóſque labores perferentem ſine vlla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantiſque vexari malis ſolent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita, quàm nauigationem exercui: atque ita exercui vt nihil illa grauius, nihil periclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebar me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam nauticas fatigationes meas: quarum experientia iam ędoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. *Cha.* Fruſtra propter me dolebas, Palinure, nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. *Pal.* Quid ais? *Cha.* Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridíſque ſenectus eſt mihi? nemini haud vnquam ab ipſa, qua iam omniũ annos ſupero, longæua ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui quotidie infto alacrior atque valentior: ſed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, vt ſortis ſuæ quemque diſtędeat, viuátque contentus nemo ſtudijs ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtiment omnes, qui diuerſas à ſe artes atque actiones ſequuntur, verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui non magnis ſcateat miſerijs, quem non magnæ grauéſque perturbent undique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accuſabat, contráque ea grauiora quæ priùs leuia videbantur. Itaque ſi benè conſideres, Palinure, non eſt ita grauis mea conditio, vt cenſes, neque propterea quòd nauclerus ſim, ſum eo mirabilior. Sed tu (vt video) ſequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudicijque veri lucem ſecutus, ego contentus

ac lætus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quòd desudem quotidie nauigando & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum simul vltimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate, non ipsum Ditem, quanquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt namque & illi sui labores suæque molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis sarcina premuntur. *Pal.* Potes de te tibi Charon persuadere, vt libet, mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat. Quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. *Cha.* Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent huiusmodi confabulationes. *Pal.* Quando igitur non est tibi iniucundum, prosequar susceptí sermonis nostri rationem, vt intelligamus, non esse duriorem vllam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas, quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar carceris supellectilem, vel nullam vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium. Quos patriæ eorum exteros profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in vita dulcius) coniugis soboliſque fructu ac iucunditate: quis non abiectissimos, longéque omnium mortalium miserrimos esse iudicabit? Prætereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis, quàm ego, te-

tis adhiberi queat : qui cùm multis fuerim quaſſatus tempeſtatibus , tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuaſit, tam ſæua atque horrens , vt horrori ſit adhuc mihi eius recordatio. Non poſſum certè (vt par eſſet) explicare tibi acerbitatem illius tempeſtatis , ſed quanta extiterit , ex hoc facilè coniecturam facere potes , quòd Æneam ducem , cuius ſumma conſtantia & animi fortitudo vbique decantatur , vidi ego contrementem grauiter atque ingementem , extentiſque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos, quibus ad Troiam oppetere contigiſſet , lamentantémque pari ab eorum morte ac fortiſſima, à Diomedis gladio ſe ereptum extitiſſe,crudelem equidem diem illuxiſſe omnibus vltimum, neque ex numero noſtro quenquam putaui euaſurum, Non ipſum Æneam , non Ilioneum,non Achatem,nonAbantem,grandeúmue Aletem, quorum naues longè diſiectas , ad ſummúmque penè exitium adductas , neſcio quæ vis illa , niſi diuina liberauit. *Cha.* Non incognita mihi narras : hęc ea ipſa die reſciui. *Pal.* Quo id modo? *Cha.* Quo id modo rogas ? An acrem illum fidúmque Orontem ignoras , ductorem Lyciæ nauis ? is quidem tunc ſubmerſus conceſſit ad me , illico exponens mihi ex ordine omnia ; quæ tu diſſeruiſti , implorans deinde opem , rogitánſque multum , vt ſe vlteriore in ripa ſiſterem, quòd nunquam paſſus fui,quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore iactaretur. Nunc agit ſe ſe circum hæc ſtagna mœſtus , atque errabundus:vidiſti illum? *Pal.* Et tum vidi ,& vnicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus , pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti eius interitu retuliſti, cuius adhuc imago ſubit mihi , dum excuſſum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum , horrendum, à fluctu rapidus tandem æquore vortex abſorpſit.Sanè quod ad me pertinet,nihil edifferam:qui licèt eam euaſerim tempeſtatem , amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inueni , excuſſus & ipſe , pariter atque iactatus inter vndas (quod deerat) inſuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantùm mihi timui , quàm Æneæ , meo , ne tantis vndis ſurgentibus , ſpoliata magiſtro nauis deficeret : hæccine eorum deliciæ , opes,

tranquillitas, sic illis viuitur, sic moritur. Tui nunc & aliorum defende studia, & artes, contendeque, si libet, maiorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolentes suas, vxorúmque ac filiorum societate beati quiescunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, vestiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos suos ac geniales agunt dies. Adde qui in vrbibus optimates & primarij magnam sibi vendicant autoritatem, habentúrque summo in precio atque honore, qui ius dicunt, qui causas agunt aliorum, qui fasces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel assistunt principibus, vel principes ipsi magni illustréque sunt. Quibus nec optabilius quicquam in vita esse video, neque beatius. *Cha.* Falleris longè Palinure, nam quos beatiores esse arbitratis, miseriores illi sunt vlla sine dubitatione. Neque enim negauerim sortem subiectam esse nautarum magnis malis: sed ita subiectam, ne comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minùs certè misera iudicanda sit. Quid enim tristius (vt ad suos veniam) qui patrias suas colunt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, vt iucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ ulla maior calamitas, quàm circundari vrbem hostibus, ingruere bellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxo dirui domos, tremefieri & concuti? quemque fame sitique deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, spoliari templa, dirumpi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuicijs, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati vxores, stuprari gnatas. Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meministi, vlla ex parte comparanda? *Palin.* Quàm vera narras. ô Charon, quàm nunc vel audiens ista perhorresco. Venit enim mihi in mentem, grauis illa & deploranda patriæ meæ desolatio, Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque prædiuitis, cuius euersione nihil credo referri posse crudelius, aut lachrymabilius, tantáque fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atque tristiora quàm tu suprà memoraueris, sibi contigerint: quæ si velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoscas, explicabo. *Char.* Haud

opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt, vt quæque aduentabant animæ, ex illo bello profectæ. Nihil certè, vt nunc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. *Palin.* Fuxo vt iubeas, sed aduertas Charon, grauissima licèt hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum, quæ suprà exposui. *Cha.* Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidem met ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas porticúsque discurre, quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non? exploratorum insidias, inuidentiúmque venena. Diuerte modò gressum, & artificum, mercatorúmque tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionésque manifestas. Transfer dehinc te in fora publica, sedé que iudiciarias: quid aliud audis, quàm vndique omnia magno strepitu ac clamore miscerí? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, nisi litigatorum iurgia, & contentiones, testium periurationes, causidicorum præuaricationes, iudicum corruptiones, præsidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea altiùs oculos, & atria principum perscrutare, quam non videbis ibi assentatorum exaltationem, speculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæstorum improbitatem: quam non potentum hominum in tenuiores vim atque insolentiam? Quas non concussiones? quas non populationes? quos non innocentes accusari, criminari, carcerari, proscribi? *Pal.* Grauia hæc nimis ac miserabilia. *Cha.* At restant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miserabiliora videbuntur. *Pal.* Perge. *Cha.* Quæ fortassis etiam grauiora & miserabiliora iudicabis, quoniam domestica ac frequens magna est eorum pestis. *Pal.* Fare. *Cha.* Nolo tibi Palinure afferre in medium graues longósque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum

cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarúmque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitáque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſollicitudines, odia & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantáque dicenda ſe offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio noſtra quàm oratio finem poſſit inuenire. Omittam itaque & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſeruorum, tum vxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent, qui gubernationi præſunt rei familiaris. Cuius ſi ita vt naualis expertus, facilè quicquid dictur⁹ ſũ, me etiã tacẽte, & intelligeres & approbares. Nam ſeruorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligẽtiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignauiam: nemo eſt qui non videat magnam afferre his, qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios quorum amore nihil dulcius eſſe ferrur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò grauem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſáque adeò cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos, poſtea habere contingat, quæ dolenter eos ferre arbitraris, dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nullo bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitã ducunt ſuam? Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarũ improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint

cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus, & ſuſpiria: quæ cæca ſua, qua tantum ardent ornamentorum ambitione exhauriunt opes', labefactant domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam, ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo ſatis vnquam, meo iudicio, enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum præſtant, & grauiſſimas cædes, & ingentia, quæ ſæpe propter corruptas vxores, bella exarſerunt. *Pal.* Hoc plus, quàm vellem, ſcio: nam arduum illud, quod ego vidi, Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. *Cha.* Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantùm noſti Palinure, at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, vt ſtupeſcens, etiam præ miſeratione coniugalem vitam lachrymares. *Pal.* Hui quid narras? *Cha.* Narro quæ quotidie video, & pertracto. *Pal.* Ergo connubia putas polluta & coinquinata? *Cha.* Minimè, id nunquam dixerim. *Pal.* Atqui multas memini me vidiſſe ea præditas honeſtate, ea religione ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. *Cha.* Et multas vtique eiuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem, quæ optimis honeſtiſſimiſque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ vitam inſtituerunt, peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultum, ad rectum compoſitúmque regimen rei familiaris. Quæ ſe à thiaſis, ſaltibus, iocis: quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, peruerſiſque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, aſſuefactæ delicijs, atque turpi ocio, quæ nihil nisi ſaltare, canere, fides pulſare didicerunt, quę preterea oculis ſuis auxerunt matrum præſertim obſcœnitates & immunditias. Haſce qua fide & integritate eſſe putas erga maritos? Illabuntur ſiquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla, inde rarior etiam, quàm reris, eſt hymenalis honeſtas: quò qui eas

vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul, rariores habeantur Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quã quod res habet de eis iudico, nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Nõ veste hîc tegũntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera, exertos omnes ac nudatos, rerúmque omnium vacuos prorsus hucingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum malèque actum est, hîc fronte coram ipsa demum gestatur, diiudicatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiã nudas, ita vt prædixi, transucho umbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur. Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hyphocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititicios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes. At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant, quasi pudicitiæ principes. Statuunt mausolea, plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi, & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem vllam habere putas, cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarúmque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent. *Pal.* Haud equidem tanta in ciuitatibus priuatísque domibus, quanta modò enumerasti mala regnare credidissé. *Cha.* Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. *Pal.* Ita fit. *Cha.* Quid si animaduertas labores quos præferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur, quas verò ego

memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vsus & assuefactio mitigare atque edomare potest. *Pal.* Consentio tibi iam, gaudeóque in eam lucem te illustrante peruenisse, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam, quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam, nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. *Cha.* Cur? *Pal.* Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. *Cha.* Quibus? *Pal.* Honore, gloria, opibus, delicijs, amicis, potentatu, imperio. *Cha.* Hisce? *Pal.* Hisce & multò pluribus. *Char.* Erras. *Pal.* Errorem hunc optassem in vita mihi. *Cha.* Deliras. *Pal.* Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere. *Cha.* Quid, si nihil illis miserius? *Pal.* Quid, si nihil beatius? *Cha.* Haud vnquam hoc mihi demonstrabis. *Pal.* Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus conuiuandi, cubandi, vngẽdi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem vtorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, adsurgant, inclinent? Quos populi vereãtur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? *Char* Non est tam magna, vt existimas Palinure, eorum beatitudo. Non parit certè fastidium tanta bonorum continuatio, tantáque affluentia: neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque delicijs suis nunquam fruuntur cum iucunditate, nunquam cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licèt bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, sollicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur priuatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendes, maiores sunt? quos summa semper condit hilaritas, mulcet festiuitas, explet alacritas? Quantam

putas afferre delectationem communis, quæ cum vxoribus & filijs vita exigitur. Dū cubant tutè, vescuntur lætè, iocantur modestè? Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum vsum, frequentem conuentum? Quid eorum amore suauius, confabulatione gratiùs? curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, solationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis, cuius nec stillam principum aliquis degustauit? *Palin.* Haud intelligo Charon, hanc quam refers, regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias, iocósque versentur. quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitā excogitari potest, exhibeatur. *Char.* Etiam vt video iudicas Palinure, quæ oculis tantū patent, quo errore decepti mortales, plurimùm seduci solent: sed quod certum afferre possunt iudicium, exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atque in plures mutare queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si peruidere ita vt frontem, posses, proh dolor quantam ibi malorum turbam: quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? quot angores, sollicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cędes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera, quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocósque lætos esse permittant. *Palin.* Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala, sed cur illis contingant tanta, non capio. *Cha.* Contingunt tanta propter graues inimicitias acerbáque odia, quæ continuè cum finitimis ciuitatibus, cum subditis sibi populis, cum sibimetipsis etiam gerunt: quo fit vt ingraescentibus odijs, increscentibúsque iniurijs, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemini, suspicari omnia possunt, extimere muscas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. *Pal.* Adducis me facilè, vt credam, suspectas eos

habere

habere finitimas ciuitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua, quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur. Cum suis verò quibus imperant populis, nihil accipere possum, nisi amatorem & dulcissimam pacem; Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ: si oriantur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captiuantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victorijs celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque erga principes fides & amor crescit. *Char.* At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentibus accidunt aduersa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis deijci, sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione decessisse plus illis quàm accessisse. His adjicias vt populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella, & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione, quæ quum magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprij suppeditent reditus, necesse est nouis vectigalibus vexare populos, nouas inducere præstationes, nouas angarias, augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradi marsupia, imò viscera pauperum, paruos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque, nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectari omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari & ad veniam moueri posse putet; proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias, hunc proscribunt, illum carcere includunt, quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent, volun-

tate pro ratione vtuntur : eorum quoque quos tantis læserunt malis cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acutintque ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odijs incenditur, coquit noua cogitationes, noua concilia molitur. Mox eò deueniunt, vt hæc intelligentes videant, quantæ ruinæ quantóque præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia, quæ prima est pœnarum omnium, timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quòd vi ac ferro teneantur. Propterea non credunt se tutò cuiquam, non ministris, non necessarijs, non germanis, quorum maiorum etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant, arcent se ab aspectu & præsentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres, custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis vt obsidere eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum: dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit solitudo, timent colloquia, timent salutationes, timent dona, suspecti illis aditus, suspectæ sellæ, suspecti cibus & potus : qui nec etiam nisi prægustati sumuntur, suspecti pellicum & item vxorum thori. Quibus mirum est, cur sine cuiusquam prægustatione congrediantur : ipsos verò, quorum se custodiæ commiserunt, non minùs extimescunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos præsidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectissimos quosque sibi deligunt, eósque frequentiùs comitantur, deijciunt sæpius ac exterminant, quò saluti suæ (& si non alia, at saltem hac via) consulere possint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus, flagitiosis se committere: suos verò, prudentes, sobrios, iustos spernere atque deuitare. Quanta ista tyrannorum felicitas, quos

continuus & ingens semper angore afficit metus, quò non modò animi grauiter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur. Quantæ istæ eorum deliciæ, quanta gaudia: qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis, aut hostibus concesserunt, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni. Quænam vbertas ista bonorum, quæ distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent vnquam. Quanta ista imperij bona? quæ quum ipsi videre & attrectare non possunt, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi, ignari rerum suarum, nescij omnium fermè, quæ sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas cõmendationes audiunt, quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficijs, illos pœnis afficiunt? Quódque grauius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quoſque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant. Quid mirum, si exardescunt postea populorum odia, si labefactatur postea eorum status atque desolatur? quanta ista, quámque optanda imperia, cum quibus & seruitutem pessimam degant, subiecti tantis perturbationibus, tantis insidijs, subiecti ipsis etiam, quos sibi subiecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicuius criminis rei: coarctati, instar ferarum, excluſi ab omni, quæ foris capitur recreatione, priuati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cuius priuatione, quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? *Pal.* Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? *Cha.* Imò multos credo. sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel inuaserit, sint summa quauis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illiciénsque deprauet, vt vita potiùs quàm imperio, quod iam occupauerunt, carere possint, vel ad conseruandum, vel ad amplificandum contendunt vnguibus dentibúsque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui conseruationis, amplificationisque sua

gratia multis non magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimas vt pati anxietates contingat. *Pal.* Miror cur tantis in malis, quæ planè ita, vt narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ. Quid nimirum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare alijs, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari ceruicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quoque mortalium mētes capiantur. *Char.* Quæ tantū capere potest Tyrānos vllius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò inuisos omnibus esse sciūt. A quibus si laudētur, si audiātur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligūt palàm vel assentationis, vel timoris caussa id fieri. Quare non est ita dulcis, vt putas, huiusmodi honoris & gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est, qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur, propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem, quo & diuina numina capiantur. *Pal.* Nullam ergo video caussam, cur tantopere imperia desiderentur, desideratáque conseruentur: nisi quòd habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere possit, nullo parcit labori, quantumuis magno & intolerabili. Neque vllus tam amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes & beatiores videntur, licet cętera eis tristia sint atque peracerba. *Char.* Neque istud quidem affert vllam beatitudinem, nam in primis non efficit diuitem maior abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim paruo contentus est, id tantùm cupit, quod necessitati vitæ sufficiat: Is abundè est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest desiderium, quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni, qua alij rapiuntur, habendi anxietate. Qui verò, quantum libet, diues plura concupiscit, pluribus indi-

get, quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas, neque finem vnquam habet voragó illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisque, vel locuples multitudine, vel pauper paucitate diuitiarum: sed vel rerum magis implemento vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi diues, qui minùs habet, quàm necesse esset: quare quum necessitatem sæpius magnam patiantur, qui tantam imperij molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt priuatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares, vel superiores. Taceamus graues, quas quotidie expiationes vel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè, quorum fidei magis credunt: qui, quo maiora etiam nacti sunt imperia, eo maiora vtique furta, maioremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat. Qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores, quos in administrandis tantis opibus, gubernandóque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam, plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandáque tot ac tanta, cùm hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parum audeat polliceri? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerans? quin tam multis támque continuis laboribus non defatigari non quassari, nunquam quoque cõfringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Verùm putas, Palinure, beatiorem esse vel me, qui pauperrimus sum omniũ, qui nihil præter hãc, quàm cernis, pusillã lintrẽ possideo: vel Plutonem tã lati, támque immensi regni tyrannum: intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus, crede mihi, minimè meum cum suo statu

commutarem. *Pal.* Quare? *Cha.* Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non vllius rei vllam gero, nisi transuehendi hasce huc descendentes animas, & conseruandi incolumem hunc fasclum meum, solicitudinem. In qua dicam tibi quicquid est, quod me grauet. Quum enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet, vt restituatur integritati suæ. Quare eum consuo sæpius, & obstruo, si quid rimarum est: hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto, cum tantis diuitijs suis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quiescit, tot curis carpitur, quot repletur hic vmbris locus, implicatum semper habet vbique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris, huic mandat, illum terret, alios acciri iubet, metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno suo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret auerna atque labefactet: quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, iniectum summo curru peragrare omnem hanc regionem, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiam in superum orbem, circuire terras, peruestigare quodcunque periculum perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, at maximè ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, iniecêre superi eius corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus undique montibus pressus & grauatus, conatur sæpe se attollere, impositáque sibi reijcere. Proinde quos magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca nostra concutiat grauiter, & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optãda sit sors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quem tot oporteat præcauere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipse gubernare, vel alijs gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc vno collige eius felicitatem. Nam si me deficere contingeret, huic nauiculario ministerio, quod ita necessarium est, vt vides, necesse esset eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo malè succederet.

Pal. Hoc profectò non modò verum esse video, sed manibus etiam ipsis (vt aiunt) tango. Nam ea nocte, quà aliàs somno grauatus è puppi in mare excussus fui, id continuo sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus, quòd quæ sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. *Cha.* De magno eius germano nihil loquor: non me latet, quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaëtontis totus penè orbis conflagrasset: quantum tunc regno suo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem vndarum, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaëtontea conflagratione ad summum penè vsque exitium cum toto regno suo eum affecerunt. *Pal.* De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium: vidi equidem tempore illius, quem suprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempestatis commotum grauiter Neptunum, & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurum & Zephyrum, increpatis acriter eis pro tanta suscitata tempestate. placasse ocyus omnia atque tranquilla reddidisse. Quod argumentum præstat mihi euidens, plurimarum, vt inquis, ac maximarum, quòd omnia in latissimo imperio suo paria sint, curarum suarum. *Char.* Dic oro Palinure, putas-ne iam beatam esse tyrannorum vitam? *Pal.* Minimè. *Cha.* Optaresne viuens eorum sortem? *Pal.* Vt quid optarem, in quo nihil omnino optandum esse manifestè intelligo? *Cha.* Ergo certo eos arbitraris miseros? *Pal.* Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. *Cha.* Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. *Pal.* Quid mirum, si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet? *Cha.* Vis vt & alia eorum mala tibi referam? *Pal.* Restant item alia? *Cha.* Et alia & grauiora. *Pal.* Quid audio grauiora? haud vnquam istud credam, posse his, quæ modò dixisti, grauius aliquid addi. *Char.* Credes, quum audieris. *Pal.* Dic ergo. *Cha.* Vides vt appropinquamus iam ripæ, non possum longiora tecum iam facere verba. *Pal.* Rogo te mi Charon, ne fallas auiditissimam expectationem meam. *Cha.* An cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui auiditissimam e-

tiam expectationem vis vt fallam? *Pal.* Non diu moraberis, perge ô mi Charon. *Cha.* Imò diutius, quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiam nauigaui propter te, cui⁹ fabulatione delectabar. *Pal.* Age ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. *Cha.* Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? *Pal.* Tanta. *Cha.* Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quod plurimum miseram reddit mortalium vitam, instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisque sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summã quantumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint: nulla tamen infirmior sors est, atque mutabilior quàm tyrannorum, quorum etiam quum maior sit exaltatio, & sublimata magis status altitudo, magis est proinde (quum mutari eos contingit) casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte cæsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optabit qui pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea, támque amaro fine consumatur? Horret animus dicere, nam ne credas ijs tantùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licèt tam valida nobis & munita sit ciuitas tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidijs circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius dici, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit, perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quam & antè fuci ij eius rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctúmque eum catena, tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsúmque graviter in mediam paludem exturbauit: timui equidem tunc desolatum ira baratrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem aduenisse regni sui: neque minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs eum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi

ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultum est, quin tricipiti custode suo, qui tam perneccessarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat fata coæquassent: tunc cernere fuisset vtrum, beatior vel meus vel Plutonis, tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula: hoc enim habeo tantùm, quod adimi mihi possit, priuatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inuenissem, qui ministerio meo indigentes, seruitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciſſem, quòd pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, nouam mihi & magis solidam lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, vti parem ego, vel meliorem nauim: neque parem alium famulum, vti parem ego, vel meliorem dominum inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantóque timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cuius narratio maiorem etiam augeret eorum, quæ suprà dixi, malorum confirmationem. *Pal.* Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Troiano rege maius, quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius, & quid demum exitu tantorum bonorum tristius, quid crudelius, quid flebilius? Vidit infelix pater tã arduũ & longũ bellum, tot cruẽtas mortes natorũ suorum. Vidit euersam funditus & incẽsam vrbem. Vidit latrantẽ cõiugem, captiuatas nurus & filias, populationem tantarum diuitiarum: ipse quoque, quod vltimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus. & crudelissima morte consumptus est. *Char.* Quis meliùs me hæc nouit, qui cunctos hac scapha trãsuexi. A quibus & omnem calamitatẽ suam seriatim perdidici. Notus est abũdè mihi Priamus, cuius cognito acerbo casu, non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles, qui illo bello perierunt, Troiani pariter & Graij duces. Nota est infinita, quæ tunc occidit,

populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, quàm illo, quo ita lassatus fui, vt præ multitudine omnibus transvehendis minimè hæc cymba sufficeret planè. Quid opus est tibi monitore, ad aperiendas eorum miserias, quas tu subjectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia temporis liceret (iam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus cresceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum, quod certo scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse vnquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem, vel magnas vlcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicuius mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. *Pal.* Quis nunc se tantis in malis tyrannum vnquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ iam certiùs certo cognosco, magis fugienda etiam, quàm Medusæum caput. *Cha.* Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. *Palin.* Ergo & alia hîc tyrannis parantur. *Cha.* Credis Palinure, scelera quæ patrant mortales hîc aliquando impunita esse? *Palin.* Hoc modò animaduertebam. *Char.* Animaduertendum est igitur tibi quodcunque in vita peccatur, pari demum post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nam vt capias quod dico: si tu Palinure, artem tuam nauiculariam viuens malè exercueris: si in dominum tuum mali quicquam vel cogitauetis vel commiseris: si inaudiens dicto suo extiteris, inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. *Pal.* Nihil profectò Charon, scio, quod malè egerim vel in dominum meum peccauerim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè, quàm debebam, me gessi. Nam magno in periculo nauim simul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior meliùs sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. *Cha.* Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimisero, ad seueros iudices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in

examinationem, scrutabuntúrque crimina tua. Videor verò videre, quali te iudicabunt pœnæ subijciendum. *Pal.* Quali? *Cha.* Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaueris, æterno etiam te somno damnabunt. *Pal.* Dormiam ergo in æternum? *Cha.* Ita puto: nisi grauius sit aliud peccatum tibi. *Pal.* Sic mites habeam iudices, vt non sit grauius aliud mihi. *Cha.* Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. *Pal.* Non hæc grauis pœna mihi videtur. *Char.* Neque asinis etiam & bobus, at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauissima existimatur. *Pal.* Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? *Char.* Audis tot clamantes & lamentantes voces: tot horrificos planctus, tantum stridorem ferri, tot tractus catenarum? *Palin.* Delectabat me adeò sermocinatio tua, vt his minimè animum intenderem: sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? *Char.* Sunt hæc qnæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis iudicibus, ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque eiulatus. *Pal.* Dic etiam mihi Charon, an his pœnis plectuntur, qui magni atque primarij tyrannis assistunt? *Char.* Prorsus ijsdem. Nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. *Pal.* An & in vita illi beati? *Char.* Non secus ac tyranni, quibus assistunt, nam ijsdem quoque malis subiecti sunt, eadem enim sunt in eos populorum odia, maiora etiam inter se, eedem cure, eadem pericula: & quod miserabilius est, deijciuntur sæpe à tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. *Pal.* Tanta est est ergo, támque generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? *Char.* Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. *Pal.* Quos perraros? *Char.* Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona. Quin se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes,

extulerunt animum altiùs ad gustandam diuinam excellentiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis, támque iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum prædulcia sibi bona stabilia perpetua, incorrupta præ eligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hilla, ieiuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abijcit, conculcat. Contentúsque seipso, ac honestissimis suauissimísque studijs suis totum nihil mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominum, támque stultas, & vltrò sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas: nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur: quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur? Quod primum est & dulcius omnibus, bonus securúsque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quásque nihili facit) diuitias sibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunque se lædi, qui nec quenquam se læsisse certò intelligat: quàm verè hic felix est, qui tot tantísque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper alíisque iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam, quæ cœlibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribúsque deditus studijs, contemnat omnia, contemnénsque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnénsque ita id assequitur, quod desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorúmque omnium tranquillitas est. *Pal.* Hi ergo quum nihil mali egerint, pœnarum & nihil patiuntur. *Cor.* Nihil prorsus: imò propter transactam bene vitam, meritum magnum assequuntur.

Pal. Quod? *Cha.* Vel cœli fiunt incolæ, communicántque æternùm illis cœlestibus bonis. Vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac delitiarum, vbi sedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. *Pal.* O si mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna possem voce, admonerem pro suo quemque officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones peruersáque iudicia, sed quàm maximè increparem, qui vel magistratu quopiam magno, vel imperio cæteros antecedunt, ostenderem tanta, quæ antea ignorabam: sed te docente nunc intelligo, mala eorum grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vicijs, ab inferendis iniurijs: ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incenderem desiderio virtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, castigatéque viuendum, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia mundi bona, inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac contemplationem diuinæ bonitatis. *Char.* Et rectè sanè: sed vides & ripam attigisse, egredere iam. *Pal.* Et iam egressus sum, Ad iudices eo, placidam opto tibi semper nauigationem: salue ô Charon, & vale. *Cha.* Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices: salue ô Palinure, & vale.

VIRTVS DEA.

Interlocutores, VIRTVS. MERCVRIVS.

Mercurius.

VIrtus Dea per epistolas orauit modò, vt ad se irem. Eo vt perconter quidnam me velit, illicò ad Iouem redibo. *Vir.* Salue Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, vt non penitus despecta ab omni cœtu Deorum sim. *Mer.* Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito: nam edixit vt confestim ad se redirem Iupiter. *Vir.* Etiam-ne tecum nobis non licebit nostras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, si non modò apud ipsum maximum Iouem, verùm & apud te quem semper in fratris locum habui, colui, obseruaui, condolendi facultas negatur? O me miseram, ad quos confugiam? Vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita despiciar, malo esse truncum aliquem, quàm deam. *Mer.* Tandem effare, dum præbeo operam. *Vir.* Viden, quàm sim nuda & fœda? Hoc ita vt sim, efficit fortunæ deæ impietas atque iniuria. Aderam sanè ornata apud Elysios campos inter veteres illos amicos: Platonem scilicet, Socratem, Demosthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piissimè atque religiosissimè coluêre. Interea loci cùm iam non pauci salutatum ad nos aduolassent, è vestigio fortuna dea insolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba consepta atque stipata, properans ad nos, iactabunda, En, inquit, plebeia, tu-ne maioribus dijs aduentantibus non vltrò cedis? dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac nonnihil ira concitata, inquam, neque tu maxima Dea his verbis me plebeiam efficies, neque si maioribus cedendum est, tibi turpiter cedendum censeo. Illa verò illico in conuitium sese effert aduer-

sum me. Prętereo hîc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philosophus cœpit contra nonnulla de deorum officijs disputare: Illa excandescens, apagite hinc verbosi, inquit, Non enim decet seruos deorum causſam susſcipere: cœperat & Cicero orator plura velle suadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens latera illa sua digladiatoria ostendens, grauissimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæteri mei amici perculsi metu, fuga sibi propere consuluere, neque enim Polycletes poplites periculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut cæteri inermes aduersus audacissimos armatos eósque prædis atque homicidijs suetos bello ad se se tuendos valebant, ergo me infelicissimam ab ipsis dijs omnibus qui tum aderant atque hominibus desertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, vestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abire ouantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit conscendi huc, vt I.O.M. his de rebus facerem certiorem, iam quidem mihi vt intromittat expectanti mensis elapsus est, dúmque id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas semper aliquas excusationes audio. Aut enim deos aiunt vacare, vt in tempore cucurbitę floreſcant. Aut curare vt papilionibus alę per pulchræ pictæ adsint. Quid igitur ne verò aliquid semper habebunt negocij, quo nos excluſas teneant ac flocci pendant? Tum etiam & villicus susſcepit curam dudum, ne cucurbitæ siti pereant. Nos tamen neque dijs neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor, obtestórque Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, & vt causſam hanc meam iustissimam atque pijssimam susſcipias. Ad te confugio, te supplex oro, in te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quæso, operam, ne dum à vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam deam floccipendant. MER. Audiui: doleo: verùm pro vetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem causſam te adversus fortunam susſcepisse. Nam & Iupiter ipse, ut cæteros omittam Deos, cùm & ob accepta beneficia nimium fortunæ debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum dijs

aſcenſum præſtitit: atque vbi velit, valens ſua armatorum manu eijciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebeios deos ignota, quoad fortunæ odium extinctum ſit, latebis. *Vir.* Æternùm latitandum eſt, ego & nuda & deſpecta abeo.



LVCIANI

Rerum in secundo Tomo memorabilium,

Index.

A

ABAVCHAS 107 b. eius amicus Gyndanes ibid. Abradatę coniux formosa. 10. c continentiæ exemplar. 19. c.
Abrœa Luciani matris amica 114. c.
Abrotonum meretrix 701. a.
Academia in vtramque orationem parata 320. e. pro ebrietate & pro se verba facit. ibid.
Academicum est nihil statuere posse 296. e.
Accusatores & iudices simul esse absurdum 32. d. verus accusator palam arguit 569. a.
Acherontica palus prima mortuos excipit 428. a.
Achilles fluuium transiliit, & cæde Phrygum turbauit 542 e. Hectorem interfecit. ibid. Lycaonem interfecit & Asteropæum 543. a. illi animum intendit visus armorum 612. e inter virginines abditus fuit 715. e. duobus fatis illum agi 1001. e. eius equus versus recitans. 233. d. Achilles Hectorem occidit 372 e. à Paride occisus ibid.
Acino vuæ sublatus. Sophocles 643. d.
Acis ancilla Melissæ meretricis 711. e.
Actæon discerptus à canibus 758. a. 814. e. omnium hominum miserrimus 954. e.
Adimantus Myrrhinusius 666. a. amoris masculi arguitur, ibid. c. eius votum 672. e. & seq. 677. & sequent.
Adolescentia per se ad voluptatem prona 925 a
Adonis ab apro offensus, & vbi lugeatur 878. d.

fluuius Adonis 880 a quotannis cruore infici putatur ibid.
Adorare Persico more 686 a
Adrastus à sue aberrans Crœsi filium necat 182 d
Adulatoris & laudatoris differentia 38 e
Adyrmachus Maclhynę dux 90 d
Æacus Plutonis patruelis 428 c custos inferorum, ibid.
Ægyptia lens 289 a
Ægyptij agricolantes 287 a
Ægyptij libri de terriculis 492 e
Ægyptij aquæ sacrificant 233 b
Ægyptiorum templa 12 b superstitio 44 c Ægyptiorum templis, qui similes ibid. Ægyptij diuinis nominibus vtuntur 44 c primi hominum cultum diuinum instituerunt 877 a ab ijs hunc acceperunt Assyrij ibid. b varia animalia prodijs habuerunt 956 b
Ægistho quid prędixerit Iupiter 1002 c
Æqualitas in omni re iusta 567 a res est iucundissima & conuiuio congruentissima 837 c
Æschyli pugilares Dionysius comparauit 549 b ebrius tragœdias componebat 924 c
Æschines Socratis socius imitandi peritissimus 17 e Æschines Socraticus fuit parasitices studiosus 363 d Dialogos conscripsit ibid.
Æschines Rhethor meticulosus 368 a
Æsculapius Apollinis filius 209 b ascriptitius Deus 205 a ex alienis malis, proprias sibi molestias contrahit 305 e eius imago in balneo posita 507 a fulmine perijt 759 a medicus est 953 c
Æsopus fabularum scriptor. 278 e
Æthiopem lauare 559 a Æthiopes nigri 994 b diei sacrificant 233 b
Aëtion 8 b
Agamemnon cum quibus dijs comparetur 42 e
Vinolentus 918 c
Agasonis inhumana petulantia 342 a
Agatharcydes scriptor Asiaticæ historiæ 642
Agathocles Stoicus de mercede discipulum in ius vocat 286 a
Agathocles Samius in quod discrimen inciderit 575 b
Agathocles Siciliæ tyrannus 95 annos vixit 635 c
Agathoclis & Dinię amicitia 58 e
Agathobulus 766 e
Agathō tragicus poëta 448 a
Agoręus ad Pœcilē stās 215 d

Aiax non fuit adeò magnus 251 b
Alani eadem lingua & cultu cum Scythis vtuntur 98 b
Albus corporis color vnde 314 a
Albus color mulieri conuenit 367 a
Alcamenis pulcherrimum figmentum Venus hortensis 5 b
Alceſtis ex inferis redijt 428 e
Alcibiades ditiſſimus fuit 184 e.
Alcidamas Cynicus non vocatus ad conuiuium accedit 850 d conuiciator acerrimus 851 a per iocum dictus catulus Meliæus 856 b inter claros oratores 922 e
Alcmæon laudatur quòd occiderit matrem 1045 a
Alcâ plerique victum parant 809 e plerique contrà res deperdunt, ibid.
Alexander Theſſalus ab vxore è medio ſublatus 285 b
Alexander medicus 784 b
Alexandri modeſtia 28 a
Alimenta mala corpus labefactant 964 d
Alys fluuius vna nocte circumductus 504 c
Atho montem quidam vult ad Alexandri imaginem efformare 28 a
Amabiles incantatione fiunt qui ſunt odio digni 709 d
Amaſtris vrbs Ponticа 103 e
Amantis indicia quæ ſint 725 a
Amatoris inſani actiones 61 d deformis multa dat, nihil formoſius 720 d e Amatores læſi, amare deſinunt.
Amazõ innixa haſtæ 5 d quid pulcherrimum habuerit 7 a
Ambroſia Deorũ cibus 298 c Amicus liberis & vxoribus antepoſitus 108 c amici vulgares quales ſint in vtraque fortuna 52 c d vt eos ambiant Scythæ 83 d vnus horũ ſunt ijſdem dolentes & gaudentes 92 d Amicorum paria 55 d 57 e 65 e 68 e 71 c 74 b
Amicus eſt ſolus fidus quo compotore vtimur 358 e
Amicitiæ nomen eſt paraſitices principium 358 b
Amizocas 84 d
Amoris ſigna 189 e moleſtię 736 d amorem puerorum docebant Plato & Socrates 869 e
Amoris occulti ſigna 887 e
Amoris duæ ſpecies 923 b.
Ampelis meretrix 725 a
Amphion 14 b. 623 a.
Amphilochus in Sicilia, 957 a
qua mercede vaticinetur,
Anacharſis gymnaſia Græcorum reprehõdit 385 a & ſequẽ in finẽ 393 e reprehen-

dit & irridet Lacedęmoniorum certamina 424.a & seq.
Anacreon Lyricus 85. annos vixit 644 d
Anaxarchus Alexandri parasitus 365 a
Anchoram vltimam naujgātes sacram appellant 793 e
Androcles Epicharis filius 1014 d. in Diasijs libro recitato vicit, ibid.e. eius oratio de pulchritudine 1024.c
Angina cur quidam dictus 603 b
Animæ optimæ imago 13 c & sequent.
Animæ violenta morte occisorum oberrant 491 d
Anniceris Cyrenæus 930 a
Annulus Gygis quid efficeret 329 a. Item 695 c annulus ex ferro de cruce sumpto factus 479 a annuli optatæ vires 695 d
Anteas Scytharum rex 90 annos vixit 635 e
Antia Bellerophontem solicitauit 579 e
Antigonus medicus 467 e
Antigonus Philippi filius monoculus 81 annos vixit 636 a
Antigonus filius Demetrij 80 annos vixit 636 c
Antigonus filij vxorem adulterio vitians 285 b
Antiochus Stratonicæ nouercæ innuens 285 b
Antipater Macedo 80 annos vixit 636 d
Antipater Demosthenem sibi adduci optauit 933 b
Antiphilus Alopecensis 74 b Dinomenis filius 77 c quomodo liberatus 80 a eius calamitas 75 c
Antiphilus pictor Apellem calumniatur 563 a
Anubis ex solido auro conflatus 194 e
Anubis templum compilatum ab Antiphili seruis 75 a
Anus cur amentur 459 d
Anus Thessalę pleræque incantatrices 709 d
Aornus petra inaccessa visa 443 d
Apelles 8 b in eum calumnia 563 a
Aphrodisia 752 a
Apide mortuo quid faciant Ægyptij 879 a
Apollo oracula obliqua reddens 210 e vatem se dicens 211 d quæ præcederent oraculum eius 212 e eius versus 213 a apud Admetum seruiuit 179 d illi barba non nascitur 299 a quibus in locis oracula habeat 305 b Apollinis Lycij templum & simulachrum 388 c vbi barbatus pingatur 904 b mirum eius oraculum ibid. solus ignorantia liberare potest 984 d vates & medicus

994 c varius & mendax ibid. Hyacinthum amauit 1021 d
Apollodorus orator Pergamenus Augusti præceptor 82 annos vixit 643 c
Apophradi similem esse, quid innuat 583 a
Apophras quid sit 592 c
Appendicula irridentur à medico 469 a
Apri Calydonij tergus ostentant Tegeatæ 548 d
Aqua communis Ægyptijs 223 c ob aquæ potum Seres dicuntur diu viuere 633 a
Aquila visus est acutissimi 283 e quęnam putetur ingenua ibid. Ioui familiaris 292 d Aquila Iouis 955 c ad Aras confugiunt quibus vis infertur 230 a
Araneus muscæ insidiator 530 e
Arabiæ regio quàm suauem odorem spiret 901
Arbaces. gladium educens in Arsacem 285 c
in Arcadia nullus philosophus 315 d
Archias quid mandati accepisset ab Antipatro 933 b
Archibius medicus philosophum increpans 242 e
Archilochus poëta cuias & qualis 584 a
Archimedes quid arte sua præstiterit 504 b
Archiplani Scytharum dux 86 b
Arena cur in certaminibus vterentur 413 a
Areopagitarum in iudicijs mos 400 e noctu causas iudicant 623 b
Aretæus, Eudamidas, & Charixenus amici 68 e
Aretes modestia in rebus secundis 19 a
Arganthonius Tartessiorum rex 150 annos vixit 635 b
Argoæ nauis carina loquuta 234 a
Ariadne à Baccho in cœlum adducta 952 e
Ariarates Cappadocum rex 82 annos vixit 637 c
Arignotus Pythagoricus 490 d dæmonem abiecit 492 c
Supra Ariphradem fama 586 b
Aristides in paupertate diem obijt 184 e in Themistoclem consparauit 580 c
Aristæchmus Ætolus 746 c
Aristenetus philosophus qualis 732 e Zenonis filius 847 c eius filiæ epithalamium 870 a
Aristander Thelmissensis, Artemidorus Ephesius 1006 a iuxta Aristandri & Artemidori præcepta. ibid.
Aristippus Cyrenęus Dionysij parasitus 364 a ob Aristippum virtus & mollities contendunt 330 c
Aristobulus Cassandrensis

historicus nonaginta annos vixit 637 c
Aristogiton Armodij parasitus & pauper fuit 374 b
Aristonicus Marathonius qualis vir 937 e 938 a
Aristophanis laus 339 c
Aristoteles ortus est parasiticam 365 a
Aristoxenus musicus Nelei fuit parasitus 364 e
Arma in pace ferre non licebat Athenienſibus 418 a
Armenij gens bellicosa & sagittandi perita 688 a
Arrogantia Perſica 614 a
Arſaces interficiens mulierculam 285 c
Arſacidis nulla pulchri ratio 613 e
Arſacomas 89 e eius amici Macetes & Lonchates ibi.
Artaxerxes Mnemon 86 annos vixit 683 Artaxerxes alius Perſarum rex 93 annos vixit 638 e
Artem cuiuſuis conditionis homines addiſcere ſolent 343 a
Artis definitio 346 e cuiuis ineſt labor, timor &c. 355 b ſordidæ artes vix neceſſaria ſuppeditant 793 d
Artium effecta Deorum ſunt dona 963 e
Aſander Poſpori rex inedia mortuus eſt 93 annos natus 639 b
Aſinus lyram auſcultans 539 d & 753 a aſinus Cumanus 794 b ex aſino conſpecto 159 d ex aſini anxietate 173 a
Aſpaſia meretrix prudentiæ exemplum 17 e 253 e fuit Coloſſeæ magnitudinis 18 a
Aſphodeli pratum apud inferos 428 d
Aſſentatores quales putandi 23 b aſſentatoribus gaudentium exemplum 24 b aliud 25 a & d 26 b aſſentator quomodo laudet 38 d eius finis aliquid accipere lucri ibid. e 39 a e exemplum ibid. quibus notis diſcernantur à ſe intricè laudator & aſſentator 40 a b aſſentatores Diniæ 59 a quàm ſint potentes, indocti exemplo oſtenditur 552 a item Pyrrhi Epirotæ ibid. e aſſentatoris vis in bonum virum 570 a
Aſtarten, lunam eſſe putant, Sidonia lingua 877 e
Aſſyrij columbæ ſacrificant 233 b ab Ægyptijs doctrinam de Deo acceperunt 877 b vnde notas inuſtas habeant 914 e
Ate 20 c
Athenarum laus 921 b ibid. claſſis præfectura fuit ſumma dignitas 922 a
Athenienſis cauſas agens 287 b
Athenienſes irriſores in

sermonibus 398 e eorum vrbs antiquissima 399 a aduersus Eumolpum & Hippolytam fortiter se gesserunt 417 b
Athenienses sine Demosthene, Ænianenses & Thessalos esse dicebat Philippus 941 d
Athenodorus Augusti præceptor, cuius precibus patria leuata est vectigalibus 82 annos vixit 641 c.
Athotæ 130 annos viuunt 633 a
Atimarchus quidam per ignominiam vocatus 603 d
Attalus Philadelphus Pergamenorum rex 82 annos vixit 637 a
Attalo filius venenum porrigens 285 b
Attica creperida qualis 451 c. Attici soli primi homines plerum more è terra emerserunt 464 e Attica paupertas 800 c
Attis ex solido auro conflatus 194 e fuit Lydius, primúsque sacra fecit Iunoni 885 c
Auditores si deessent Lycinus ad columnam vel statuam verba faceret 846 a
Aures fide minùs dignæ quam oculi 624 e
Aurum se amare dissimulans odio habetur 804 a auri commoda, 247 c auri laus ex Pindaro 240 a b alia laus 249 a quàm multa mala creet 972 c

B

Bacchæ Euripidis 551 a
Bacchis meretrix 709 e
Bacchus Iouis filius 197 a ascriptitius Deus 205 a vinum præbet 298 a ei noua carmina componendi mos desijt 932 e quomodo exceptus quum aduersus Indos militaret 510 a ex quibus constaret eius exercitus ibid. b qualis eius currus 511 a qualis & ipse ibid. telum eius, ignis 512 d habet templum in Lesbo vbi sepultum est Orphei caput 546 e fulmine perijt 759 a in Syriã est profectus 886 c ei pria pos Græci erigunt 887 a eius parentes, patria &c. 651 e.
Baculus Cynici Protei talento emptus 548 d
Balneum in vsu post longum iter 113 a 131 d eius præclara constructio ab Hippia 505 e & seq.
Baptæ 558 a
Barbam, comámque habebant veteres 971 d barba cultus viri, vt equorum iuba 972 a
Barbari non elegantiæ, sed opum amantes 614 a
Barcetis 96 a
Bardylis rex Illyriorum 90 annos superans 935 e

fama supra Bastam Chium 586b
Basthes & Belitta amici 89 a
Batalus tibicen 555 a
Batrachion cocus 553 d
Battus sophista 555 a
Beatum est neque sitire, neque esurire, neque algere 365 b
tanquam Bellerophon librum circunfers 550 e periculum Bellerophontis 580 a
in Bello ferrum gestare satius quàm aurum 246 d
Belittas & Basthes amici 89 a
Bendis ex solido auro conflata 194 e
Berœa Macedoniæ vrbs populosa 148 a
Bipennis dictus est Cleodemus peripateticus 847 c
quæritur cur Boni plerique degant in paupertate, mali contrà 184 e bonorum post vitam felicitas 185 b
Boni viri à malis perduntur 569 e
Bona quot cum malis comparentur 968 a
Bonorum varietas data non ad necessitatem modò, sed ad voluptatem 965 a, bona alia pro valentibus, alia pro ægrotis, alia pro alijs creata 967 a
Bonorum quorundam caducorum enumeratio 695 a
Boni in vita infœlices 818 d eos non negligit Deus 1012 e bonorum in vita status infœlix 204 a
Bos deus est Memphitis 233 c
Boüm carnes assæ mugiuerunt 234 boues solis serpse runt & aufugerunt ex verubus 829 e.
Bosporani pendebant tributum Scythis 90 a eorum mos in petendis puellis 90 b
Bosporum Darius ponte iunxit 1040 a
Brachmanes apud Indos fuerunt longæui 632 c philosophiæ studiosi ibid. tolerantiam ostentabant 772 d. salutato sole oriente pyram conscendunt 781 b fœlix hominũ genus quibus institutis viuant, vtque igni pereant 690 a Gymnosophistæ dicuntur ibid.
Branchus in rupe sedens 627 d
Bubonum sanationes 470 e
Bulim & Sperchim Lacedæmonios admiratus Xerxes, cùm posset, non occidit 938 e
Bupalum malitia superare 585 a

C

Cæneus aliquando fuit fœmina 254 a
Cadauer apud Ægyptios oppignerari solitum 436 d

Calamidis Sosandra 5 c
Calanus conflagrauit 772 e
Calceus pede maior 28 e
Calliades pictor Ampelidis scorti amator 726 e
Callias fuit ditissimus 184 e
Callimedon proditionis arguitur 946 b
Callinus librorum scriptor 556 a
Calliope 16 e
Callistratus inter claros oratores 922 d
Calumniarum mala 562 b tractatus de calumnia à p. 561 ad 582. eius imago 564 e. definitio 566 a, in ea quot spectandæ personæ ibid. b. Calumniator consideratur ibid. c vnde originem habeat 570 b quî fiat vt veritatem opprimat ibid. d quis potissimum ei sit obnoxius ibid. e vnde petantur colores eius 572 b quænam sit efficacissima 573 c eius artium enumeratio 576 b ingenium hominum illa audienda gaudet plerunque 577 b consideratur is apud quem fit delatio ibid. b & seq. Calumniari etiam iusto accidit 580 c homini familiare est in hoc labi 581 a quid debeat facere qui audit calumniatorem 582 d
Candaulæ quid acciderit 140 e
Canis perfecta laus 37 b canis in balneo 377 c canis virtutes 795 e vitia 696 a non ex canis podice, sed ex asini anxietate 173 a Canis syderis effecta 397 a Canes elephantis Indicis proceriores 485 c Canis in balneo 541 d non desinit coriũ arrodere quum semel cœperit 557 b canis in præsepe 560 d
Cantharus philosophus 804 e
Carbatinæ Hyperboreorum calceamentum 474 d
Carbones fient thesaurus 682 e
Carceris incommoda 76 a & seq.
Carneades recentioris Academiæ princeps 85 annos vixit 640 e
Cassandræ genarum rubor decorus 8 c
Cassiopea 16 e
Castalius fons diuinus 112 a
Castrandi mos à Combabo ortus 897 a castrati vestem muliebrem gestant ibid. c
Catechumenus 1003 b
Catena Iouis 176 a
Causa indicta nemo damnandus 208 c
Causidicorum merces triobolus 320 d
Cebes Thebanus imagines scribebat 441 c
Cepa, Pelusiotis est Deus

233 c
Cerberi officium 428 c Cerberus in oratione 605 d
Cercyon, Sciron, Pityocamptes, alijque viatorum cædibus insolescentes 205 d
Ceres panem exhibet 298 a
in Certamine spectanda pars nuda &c. 569 d
Cerua pedibus velox 469 a leones ceruis velociores ibid b
Cesti vis 249 a
Chæreas scorti Musarij amator 721 b Chæreæ nuptiæ, in dialogo Lapitharum.
Chaldæi vltra centum annos viuunt 633 a cur hordeaceo pane vescantur ibi.
Charielea Demonactis vxor meretrix 59 a ab amatore suo trucidata 63 e
Charicenus qualis homuncio, 1005 b
Charinus scorti amator 709 e
Charmides amator scorti 736 c
Charixenus, Aretæus & Eudamidas amici 68 e
charops Ægineta cinædus ditissimus 184 e
Chelidonium meretrix 732 a
ad Chelidoneas cur ab Africo tempestates concitentur 670 e
Chironis pedes ab equinis vngulis nihil differebant 972 c
Christianorum sapientia mirabilis 762 a eorũ studiũ, erga Peregrinũ ibid e.
de Christo nonnulla 762 d
Chrestus idem dictus per contemptum 1003 a Christiani sibi persuaserunt se immortales fore 463 e aliáque de illis in seq.
Chrysarium mulier venefica 702 b
Chrysippi syllogismi frigidi 295 d 81 annos vixit 641 a
Chrysis amata à Glaucia 475 a meretrix 476 e 725 a
Cibus & potus corpori tantùm conueniunt 251 a
Cicadam ala comprehendere 584 a
Cilix latro 287 a
Cinædorum cultus 973 e
Cinyræ mores 448 a templum Veneri dicauit in Libano 881 a
Ciuitatis loca quænam sint 376 a. ea sectatur parasitus ibid. c ciuitas quid sit 402 a
Classis præfectura, summa dignitas Athenis 922 a
Claudos auspicato die veteres auersabantur 595 c
Cleanthes Zenonis discipulus 99 annos vixit 640 e
Cleodemus peripateticus

467 c 847 d dicax & bipennis dictus ibid.
Cleodemus Critoni venenum præbuit vt patrem necaret 864 c Discipuli sui vxorem stuprauit ibid a
Cleolaus longum gradiens 1011 e
Cleombroti Ambraciotę saltus 990 e
Cleuocharmus malè vestitus 1005 e
Clinias Architelis & Erasicleæ filius 734 c Clinias orator phialam suffurans 286 a
Clio 16 e
Clonarium meretrix 713 e
Cochlis meretrix 753 e
Cœna absoluta quid habeat 868 c
Cœna exequialis 437 a
Colonarium persoluere solebant vt innuitur 961 c
Colophone & Delphis parata sunt omnia ad vaticinandum commoda 212 b
Colossus immensus à Rhodijs extructus 196 a
Comba apud quos sacra 885 a
vltra Colum viuere 488 a
Comam & barbam habebant veteres 971 d
Coma est indicium nobilitatis Ægyptiæ 667 c eam eligant Pallenenses ibid. c vbi consecraretur 914 e
Combabi historia 890 a & seq.
Comitas maiorum erga minores laudatur 20 a hi soli inuidiam fugiunt ibidem b
Communes res noua pulchritudine ornare sapientiæ est magnæ 508 e
Comœdiam cum dialogo coniunxit Lucianus 340 e cur apud Athenienses agerentur comœdiæ 405 e
Comœdis cur liceret cauillari 406 a illorum in theatro habitus ibidem d
vnus ex Comicis trigaleatus 805 e
Comparatio elegans 30 e
odi memorem compotorem 845 e
consolationes parentum mortuis liberis 437 b
consilium res sacra 439 a 556 c
in consultatione non ætatis sed boni communis habenda est ratio 208
conuiuam facimus eum qui nobis est familiarissimus 358 e
conuiuium victoriæ 692 d
conuiuij splendidi descriptio 244 c & seq.
ante conuiuium lauandum

quum est linea sex pedum 822 e dicteria conuiuijs apta 839 a
Copia quid sit 963 b
è Copto Memnon auditus 496 a
Coraci à Scythis vocati Pylades & Orestes, & cur 53 a quid Scythis id vocabulum notet. ibid.
Corinna meretrix 717 b
Coræbus 465 a
Corporis virtus est robur 964 b
Corporis pulcherrimi imago 6 c & seq. vt comparari soleret apud Athenienses 407 b
Coturnicum certamina apud Athenienses 421 c cur instituta ibid d e
Cothurni metaphorica significatio 595 a
Cratetis orationes quales. 446 a
Cratinus poëta comicus 97 annos vixit 644 a
Craton politicus 1004 e
Crepida Attica qualis 451 c
Cretenses Iouis sepulchrum ostendunt 464 d 953 e
Crtias Nesiotes 480 a
Critolaus peripateticus vltra 82 annum vixit 641 b
Criton à Cleodemo venenum accepit ad necandum patrem 864 c
Crobyle meretrix 717 b
Crœsus Persis risum exhibens 258 e ab oraculo delusus 183 d bonis excidit 683 a ab Apolline deceptus 994 d Crœsi filius 39 a eum esse mutum dolet pater 261 d
Cronosolon sacrificus 817 a
Cresias Cnidius mendacij accusatur 463 e
Cresibius historicus 124 annos vixit 941 e
cumæus asinum conspectum non statim agnouit 586 a
cupido luteus à mago factus 476 b
cupido plus habendi malorum multorum causa 972 e
per cybiben 591 d
cyclops quidam dictus, cur 603 d
cycnos non esse tam canoros ad Eridanum 525 c & seq. illorum fabula ibid.
cydias dies 692 c
cydimacha 72 e
cydni fluuij laus 609 a
cyllenij Phaleti sacrificant 233 b
cymbalium tibicina 740 d
cynæthus Demetrij assentator
cynætho adulantior 40 d
cynici perstringuntur 794 c & seq. de eorum vita lege totum cynicum.
cyrus maior 100 annos natus obijt 637 e causa mortis eius 638 a

D

Dædalus 21 a eius fabula accommodatur prospera fortuna bene ventibus ibid. alia accommodatio 258 d
Dæmon à mago abijcitur 478 b varia lingua loquens ibid. niger ibid c dæmone abjecto domus reddita habitabilis 492 c
Dætymones vocati parasiti 352 b
Damis Epicureus & Timocles Stoicus acerrimè contendentes 201 a 217 a
Damon & Euthydicus amicorum par 65 e
Dandamis 84 d eius amicus Amizocas ibid.
Darius Bosporum ponte iunxit 1040 a
Decrianus 112 b sophista Pataræus ibid.
Deformis mulieris descriptio 702 a
Delphinum erga quosdam officia 678 d
Delphis & colophone parata ad vaticinandum omnia commoda 212 b
Demades Rhetor meticulosus 368 a iocus eius in id quod aquam biberet Demosthenes 924 d Macedonum fuit amicus contra patriam 946 b
Demænete Eucrati marito post mortẽ apparet 489 d
Demetrius Sunienſis cynicus 74 c eius in Antiphilum amor 74 a hominum fictor 479 d raptum indocto librum lacerat 550 & 551 a
Demetrius Calliſtianus 635 d
Demetrius Platonicus apud Ptolemæum accusatur 573 e
Democriti de animabus post mortem sententia 495 d 104 annos natus inedia mortuus est 640 a
Demodocus 623 a
Demonassa corinthia tribas 714 e
Demonax inter Ephesiorum primarios 59 a. vt occisus 63 d
Demophantus fœneratorfrigidus scorti amator 726 d
Demosthenis sententia de reprehensione 206 e. Demosthenes ad bellum ineptus 368 b abiecto clypeo aufugit ibid. e Thucydidis historiam octies exscripsit 539 a Demosthenis & Homeri collatio 918 b Athenæ patria 921 castitas & literarum studium 923 a orationis textura & sententiæ 929 a. aquam potus orationes componebat 924 d lucernam olebat eius oratio, ibid. e aliæ eius laudes 925 a & seq. auro inexpugnabilis 934 a beatam esse

vrbem cui ciuis huiusmodi obtigit ibid. quanto præsidio fuerit patriæ 935 a confertur cum Themistocle & Pericle 936 e in Calauria mortuus 937 a ob Hyperidis calumniam exulauit, sed honorificè postea redijt 938 c omnibus alijs oratoribus anteponitur 939 b consilio & prudentia commendatissimus ibid. d quanti faceret ipsum Philippus Macedo 940. a quid fecerit in Philippum 941 a contra eius eloquẽtiam erigi trophæum non posse aiebat Philippus 941 c eum Aristoteles ad Alexandrum & Antipatrum ducere solebat 942 a Aristotelis judicium de ipso ibid. b pro patria mori statuit ibid. e furebat amore patriæ 943 d veneno se interemit 948 b.

Demylus faber 488 a

Dentes serrato ebori similes 10 b

Derceto Semiramidis mater 884 d eius imago in Phœnicia qualis esset ibid.

Desideriorum inæqualitas 974 d

Deucalionis fabula 882 a eius tempore aquis obrutus est mundus 990 b quæ de eo dicuntur ad Noe referenda videntur 883 a

Deus pater Filius & Spiritus vnus ex tribus 998 c in cœlo est, & quid ibi faciat 1000 a Deus creator omnia scit 1003 e. Deorum denominationes sortiti 44 a de Deo variæ Ethnicorum opiniones 277 a Deorum cultus inanis 177 a obnoxij sunt Parcis 178 d à se inuicem differunt 179 a plerique sunt ex auro, argentóue conflati, ibid. e curas & calamitates sustinent 188 c Dij inquilini & ancipites 298 a Dij omnia possunt 684 b

Dij varij variarum gentium 223 a & seq. in eorum conuiuio quid quisque præbeat 298 a quid agant inter conuiuandum nonnulli 298 d vnde aliquando laudentur 928 d

de Dijs factitijs decretum 938 a

Dij Ethnicorum ad Æthiopas confessatum euntes 218 d Dij Ethnicorũ pro cottabis habentur 1003 e

Dextra apud Scythas in pœnam amputatur victo 56 a

Dialogus Philosophiæ filius 334 d eius vsus 339 a conqueritur quòd malè vsurpetur à Luciano ibid. cum eo comœdiam iunxit Lucianus 340 c

Diana conqueſta ſe ad Oenei conuiuium non vocatam 121 c eius aræ in Tauris 225 a eius feſta in Ægina 675 d venationis eſt præſes 1022 a
Dianæ Epheſiæ templum quem in finem incenſum 770 e Diana de Oeneo conqueſta 860 b
Diei aduentantis ſignum 232 c
Differens & indifferens 330 a
Dinias cuias & qualis 58 b
Dinomachus Stoicus 467 c
Diogenes Seleucenſis 88 annos vixit 641 a Diogenis de gloria dictum 35 d
Dionicus ſcyphum in pompa oſtentabat 681 d Dionicus medicus 844 b
Dionyſius literas docens 258 e
Dionyſius à Stoa ad voluptatem tranſfuga 325 c Dionyſius tyrannus ineptam tragœdiam fecit 549 a idem Æſchyli pugilares cur comparârit ibid. b
Dionyſodorus rhetor 847 e orationes in cõuiuio pronuntiabat 855 a
Diotima mentis acie & conſilio pollens 18 d Diotimus ludi magiſter 732 d
Diotimus Megarenſis 1016 a
Diphili in Etœmoclem iniuria 861 b
Diphilus cognomento labyrinthus 847 c Scorti amator 706 c
Dipſas ſerpens nocẽtiſſimus 654 e & ſeq.
Diſci deſcriptio 411 e & 412 a
Diſciplinas ſine bonis moribus non prodeſſe 865 b Diſciplinarũ vſus ad quid 403 c Diſciplinis vacant homines vt ſint patriæ vtiles 648 e
Diſcipulos à Stoicis non data mercede in vincula tradi 864 b
Diſcoracis opus 606 e
Diuites magis fiunt improbi quàm boni 809 b eorum vitia 820 d non ſunt verè fœlices ob voluptates aliáſque delicias 831 e. eorum vitia & mala 833 a
Diuites multos habent aſſeclas 58 b c diuitis indicia 114 c ærumnoſiùs viuunt quàm pauperes 249 b plerique ſunt infœlices 683 c
Diuitum miſeriæ 256 a & ſeq.
Diuitiæ incertę 682 d earum mala 683 d ob curas fugiẽdæ 832 a earum nulla vtilitas ſi teſte careant 834 e nuptias conciliant. 847 a

Doctis gemina portio in Saturnalibus dari solebat 821 b
Dodonæum templum compilatum 294 b
Dolicho victoriam adeptus quid faciat 917.a
Dolorem in medijs non esse habendum 874.d
Domus laus 39.d 614.b
Domus in tegumentum cõparata 963.b
Dorcas meretrix 727 e
Dorio scortator bonis exhaustus à Myrtale 750.c
Doris meretrix 702 d
Drimylus diues & auarus 248.b
Drose meretrix 732 c
E
Ebrietatis lis contra Academiam 318.e 320.b & seq. ebrietas, flagitiorum defensio 604.c
Echecratis pocula. leuia 679.d
Echinum manibus accipere 34.c
Echo probris à Pane peti solet 318.a quid eam esse putent idiotæ 612.b
Educatio iuuenum apud Athenienses 402.e 403.e
Eduliorum varietas causa morborum 969.a
Effœminati descriptio 555.c
Egestas est mala, ac petius habere se facit ea quibus adfuerit 964.c
Eiramangas capere 1005.e
Electri fabulæ refutatio 523 a & seq.
Eleipasmi inspectorũ 1005.d
Elenchus veritatis & libertatis amicus & Deus 586.d
Elysius campus est bonorum sedes 429.d
Empedocles sapiens 282.c carbonario similis ibid. clã insilijt in Ætnã 757.b 759.a
Epeus equum ligneũ fabricauit & conscendit 504.d
Epicharmus poëta comicus 97. annos vixit 644.c
Epicteti lychnus quanti emptus & quem in finẽ 548 b
Epicurei atomi 288.e. prouidentiam negant 302. 2307 c. 327.a
Epigramma maius esse scrinio 922.a
Epiurus Myrtales meretricis amator 751.b
Equi laus 39.
Equus Medicus centauro satus, cappaphorus 541. b vbi commodè currat 617,c
Eratosthenes Grammaticus, poëta, philosopus, geometra 82 annos vixit 644 d
Erichthonius è terra editus 465,e
Eridanus fluuius 523.a
Erigones canis inter sydera 953.a
Eriphyle auri gratia maritum prodidit 998,c
Eris malum in conuiuium proiecit 866.c
Eruditionis finis 403 c

Esculen-

Esculentorum delectus secũdum regiones 681 b
Ethnicorum Deorum vanitas 204 d
Ethnicorum variæ opiniones de Deo 277 a
Etœmoclis philosophi ad Aristenetum epistola 858 c
canus homo & grauitatem præ se ferens 861 e cur ad cœnam ab Aristæneto non inuitatus 862 a
Euangeli Tarentini in Pythijs calamitas 545 b
Eubatidæ domus Corinthi 492 b
Eubœa resecta à Bœotia immisso Euripo 1040 a
Eubiotus Leucanoris frater nothus 978 a
Eubuli ingenium indicatur 942 c
Eubulides inter claros oratores 922 e
Euchenoris fatum 1002 a
Eucratis obscœnitas 268 b
eius vxoris adulterium ibi.
Eucrates quidam celebris mendacijs gaudens 466 a
Dinonis filius vir sapiens 479 a
Eucrates Pyræensis qualis vir 937 e 978 a
Eucritus fœnerator 846 e
Eucritus adolescens amator Corinnæ meretricis 721 a
Eudamidas Aretæus & Charixenus amici 68 e
Eumelus Eleus citharœdus 545 e
Eumolpus Thraces ducens Athenienses aggressus 417 b
à Philosophia edoctus 761 a
Eunuchum nanciscì inauspicatum 595 c
Eunuchus fuit Philæterus Pergami rex 637 a
Euohe militare signum Bacchi 513 b
Euphorbi coma Gratijs assimilata 43 b
auro intexta 246 d
Euphorbus à Menelao occisus 252 a
Euphranor 8 b
Eupolidis Comici laus 339 c
Euripides Archelai parasitus 365 a
Europam Phœnices templo honorarunt 978 a
eius fabula ibid.
nummus in eius honorem ibid. b
Eurystheus misso seruo Hydram, Stymphalidas aues, Thracios equos, & Cẽtauros sustulit 205 e
Herculi imperauit 954 d
Euthydicus, & Damon amicorum par 65 d
Exequialis cœna 437 a

F

Fabarum esus à Pythagora interdictus 236 b 237 b
Fabrorum mos ligna ad regulam adæquantium 284 d
Fabularum commentum reprehenditur, 464 a
quid commodi Græcis afferrent

465 d fabularum interpretes apud Arabas fuerunt longæui 632 c
Faciei ob mala immutatę exemplum 77 a
Fagus oracula edens 234 a
Fama bona vnde capiēda, ad doctrinam 555 d fama supra Ariphradem, Misthonem Bastam 586 b
